

# GLOSSARIUM

MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS

CONDITUM A CAROLO DU FRESNE

## DOMINO DU CANGE

AUCTUM

A MONACHIS ORDINIS S. BENEDICTI

CUM SUPPLEMENTIS INTEGRIS

## D. P. CARPENTERII

ADELUNGII, ALIORUM, SUISQUE

DIGESSIT

## G. A. L. HENSCHEL

SEQUUNTUR

GLOSSARIUM GALLICUM, TABULÆ, INDICES AUCTORUM ET RERUM, DISSERTATIONES

*EDITIO NOVA aucta pluribus verbis aliorum scriptorum*

A

Léopold FAVRE

Membre de la Société de l'Histoire de France et correspondant de la Société des Antiquaires de France.

---

TOMUS DECIMUS



NIORT

L. FAVRE, IMPRIMEUR-ÉDITEUR

—  
1887

TOUS DROITS RÉSERVÉS

731




# INDICES.

# INDEX

SEU

## NOMENCLATOR SCRIPTORUM



MEDIÆ ET INFIMÆ LATINITATIS.

In hoc parando condendoque *Indice* onus mihi longe majus imposui quam primo constitueram. Nam cum quidam ex familiaribus meis animadverterent, complures in hoc nostro Glossario laudari scriptores quorum necesse apud literatos usus omnino communis, neque nomina ipsa satis explorata, rem haud ingratis lectoribus facturum me existimarunt, si et ætatem qua singuli vixere, et ubinam typis editi reperirentur, levi calamo adnotarem : cum ex iis nonnulli non seorsim vulgati, sed in aliorum auctorum majoribus voluminibus, vel in scriptorum alicujus literariæ facultatis, aliisque ejusmodi collectionibus quodammodo delitescant. Sed dum monentibus morem gerere, remque ipsam aggredi statui, intervenere ecce alii, qui cæteros etiam illaudatos inferioris latinitatis scriptores, laudatis adjungendos censerent, ævo pariter quo quisque floruit breviter indicato : cum præsertim res sit ab instituto nostro haud aliena, scireque intersit, in quorum gratiam, quibusve elucidandis nostra hæc qualiscumque lucubratio insudarit. Parendum igitur mihi utcumque fuit amicis etiam atque etiam id efflagitantibus, licet imparato, et qui ad hoc argumentum nihil fere comparaveram, imo neglexeram, quibus poterat aliquatenus adornari. Huc accedit, quod plerosque ex rarioribus mutuo acceptos ab amicis, vel ex majoribus desumptos bibliothecis, ac redditos libros hanc in rem consulere haud jam promptum esset, et quod urgente acrius typographo ad id aggrediendum haud satis superesset otii ac temporis. Ne tamen eorum expectationi non responderem, operi manum admovi, licet serius quam argumenti dignitas postularet, *Indicem*que hunc ita digessi, ut lector inde potius primis quasi labris rem delibet, quam satiatus abscedat, cum aliæ occupationes et temporis angustia neque prolixiorum neque accuratiorum esse sinerent. Nominatos enim fere duntaxat inveniet, neque omnes tamen, etsi plerosque, mediæ ætatis latinos scriptores, adjunctis annorum quibus vixere characteris, sumptoque

initio a collabente latinitate, quod circa Antoninorum AA. tempora accidisse constat, ad medium usque quintum decimum sæculum, quo studiosorum opera rursus Latini eloquii splendor effloruit. Sed et interdum quo ex iis aliquot, maxime qui in Glossario nostro laudantur, loco reperiantur, obiter indicamus. Id enim satis esse existimamus ad institutum nostrum, cum liceat plura nosse cupientibus illos consulere, qui de bibliothecis commentarios conscripserunt, quorum nomina congescit Philippus Labbeus, eo in libello quem BIBLIOTHECAM BIBLIOTHECARUM inscripsit. In eo quippe recensentur qui catalogos scriptorum, vel secundum scientiarum artiumque facultates, vel secundum nationes, vel denique secundum dignitates, ac religiosorum ordinum sodalitates contexuerunt. Quæ quidem in hoc *Indice* fere semper hunc in finem adnotare curavimus, ut lector qui alia de quolibet scriptore, vel quæ ille scripserit, rescire voluerit, continuo ad ejusmodi catalogos confugere valeat : interim, dum exurgat vir aliquis eruditus qui tot jam publicata de scriptoribus volumina in unum quasi fascem cogat, non prætermittis etiam qui a veteribus laudantur scriptoribus, ignotis modo et temporum injuria absumptis, et qui supersunt hactenus ineditis, quorum prostant indices vulgati, quamquam fateor id non exigui esse studii ac laboris.

Sed et huic catalogo ex iis quos subinde laudamus, librorum indices aliquot subjunximus, quorum auctores hactenus incerti : præterea codicum manuscriptorum, latinorum, græcorum et vernaculorum : gallicorum etiam scriptorum, italicorum, hispanicorum, qui superioribus sæculis vixere, editique prostant : catalogum tabulariorum, seu, uti vocant, chartulariorum, unde desumptæ tot, quæ adducuntur, veteres tabulæ : ac denique recentiorum scriptorum, qui complura alia diplomata ac vetera monumenta suis inseruere lucubrationibus, ac proinde nobis suppeditarunt. Quos quidem indices absit ut ad multiplicis lectionis osten-

tationem annectamus, quod suspicari quis posset, quando in his consultum esse voluimus unius comodo lectoris, qui etiam expensa laboris nostri molestia, si in immenso hoc quasi pelago a recta interdum via forte deflexerimus, indulgentius condonabit. Tametsi non dissimulandum, hosce perinde indices non ea accuratione digestos, ut multa, quæ in eos debuissent referri, non elapsa sint : cum id consilii, ut attigimus, serius ab amicis, sed et ab ipso typographo suggestum

sit, ac editione ferme confecta. Proinde non miretur quis si alia interdum laudata in Glossario deprehendat quæ in indicibus non reperiantur.

Hic denique monendus lector, in auctorum mediæ ætatis nomenclatore, cum conciliorum volumina laudantur, Labbeanam, utdum citatur Bibliotheca Patrum, postremam, hoc est, Lugdunensem editionem intelligi debere.

### MONITUM CARPENTERII.

Rem certe gratissimam literatis omnibus præstitit Cangius, cum hunc scriptorum mediæ ætatis Indicem immenso composuit studio : nondum quippe, ut verbis ipsius utar, exsurrexerat vir eruditus Fabricius, qui undique accurata prorsus diligentia conquisitos scriptores, editos, ineditosve, in unum quasi fascem collegit, perfecitque tandem quod optabat Cangius, hujus laboris æquus æstimator ; quo confecto, et ubi necesse fuit, emendato, illos tantum a nobis laudatos auctores in indice adjiciendos censuimus, quos non vidit vir doctissimus, quia tum non erant editi, aut alio quolibet casu consulere non potuit. Non ingens quidem eorum numerus, cum potiore operam dederimus in evolvendis manuscriptis codicibus, unde ampliorem et minus tritam messem demetendam non temere existi-

mavimus. Horum codicum, regestorum pariter et chartulariorum justo prolixiorum, ut quibusdam forte videbitur, subjungimus notitiam, in quo lectori consultum voluimus, ut facilius et expeditius quæ sibi judicaret utilia, sive in re judiciaria, sive litteraria, posset reperire. Scriptorum vero qui diplomata veteraque monumenta nobis suppeditarunt, catalogum, quem a prænominibus instituit Cangius, a cognominibus potius ducendum putavimus, quod plerique iis magis noti sunt quam illis. Accedunt postea auctores et opera quorum lectiones in Glossario et Supplemento emendantur, ut unum sub aspectum subjectas cum lector habuerit cujusque editoris vitiosas lectiones, eas in libris suis manu corrigere possit, aut si typis iterum mandentur, typographus vitia quæ debeat vitare continuo cognoscat.



## A

**Abbo**, Floriacensis Abbas, vix. an. 970. *tom. 2. Analect. Mabillonii pag. 248. et tom. 1. Miscell. Baluzii pag. 409. Vide Hist. Academ. Paris. tom. I. pag. 543.*

**Abbo**, Monachus S. Germani Paris. vix. an. 892. *tom. 2. Hist. Franc. pag. 499. in Normannicis Duchesnii pag. 35. etc. tom. 9. Spicileg. pag. 79.*

**Abedoc** Clerici vetus Canonum Collectio, scripta Haëlhucar Abbate Hiberno dispensante, *in Bibl. Sangerman. Cod. 572. Vide Spicil. tom. 9. pag. 232. et Marten. Anecd. tom. 1. pag. 492.*

**Ablavius**, scriptor Historiæ Gothorum, *laudatur a Jornande.*

**Absalon**, Abbas S. Victoris, scripsit sermones, *in Bibl. Victoriana.*

**Absalon**, Spinchirbacensis in diœcesi Trevir. Abbas, vix. an. 1120. vel rectius 1210. ut putat Fabricius *in Bibl. ; edit. Colon. an. 1534.*

**Acca** (S.), Hagulstadensis Episcop. ob. an. 740. *Vide Cod. 141. Bibl. Sangerman.*

**Accoldus**, Florentinus, Ordin. Prædic. vix. an. 1260.

**Accursius**, Florentinus Jurisconsultus, vix. an. 1226. ob. an. 1259.

**Acerbus** MORENA, Laudensis, Historiam Ottonis Morenæ patris continuavit. *Edit. a Felice Osio.*

**Achardus**, Bridlingtonensis Canonicus Regularis, ex Abbate S. Vict. Paris. factus Episc. Abrinc. an. 1162.

**Achardus**, Clarevallensis Monachus, de Vita S. Gotselini Eremitæ, edit. Duaci, an. 1626. vix. circ. an. 1140.

**Achardus**, Abbas S. Victoris, scripsit sermones. Idem Fabricio qui supra Bridlingtonensis.

**Achelnotus** (S.), vel EGELMOTUS, aut verius ÆTHELNOTUS, sive ÆTHELNOTHUS, Cantuariensis Archiepiscopus, obiit, 3 Kal. Novembr. an. 1038.

**Acholi**, qui scripsit Acta Valeriani Imp. vix. sub Claudio. *Vopisc.*

**Actonus** DOMINICANUS, Anglus, Ordin. Præd. vix. an. 1410.

**A Cutheis**, de Gestis Spalatinorum, desinit in an. 1452. *Edit. a Jo. Lucio in Hist. Dalmat.*

**Adalardus** (S.), Abbas Corbeïensis, vix. an. 820. *tom. iv. Spicileg. pag. 1 ; tom. 5. SS. Ordinis Benedic. pag. 757.*

**Adalbero**, Elwangensis Abbas, scriptor vitæ S. Hariolphi Abbat. Elwang. ob. an. 909.

**Adalbero**, qui et ASCELINUS, Episcopus Laudunensis, an. 977. vix. sub Roberto Rege. *Ejus carmen edit. ab Adriano Valesio.*

**Adalbertus**, Diacon. auctor Speculi ex Moralibus S. Gregorii MS. *in Bibl. Victoriana. Vide Marten. tom. 1. Anecd. pag. 84.*

**Adalbertus**, Floriacensis Monach. *tom. viii. Bol. pag. 302.*

**Adalbertus**, Spaldingensis in Anglia Monachus, vix. an. 1160.

**Adalgisus**, Monach. S. Theodorici Remensis, vix. sæculo XII. *tom. 1. SS. Ord. Bened. pag. 622.*

**Adamannus**, vel ADAMNANUS, auctor Itinerarii Terræ Sanctæ, vix. an. 690. *Edit. a Gretzero, et Mabilonio tom. 4. SS. Ordinis Bened. pag. 499.*

**Adamantius** MARTYRIUS, Grammaticus, quem non semel laudat Cassiodorus.

**Adamantius**, Scotus, scriptor vitæ S. Columbæ, *tom. 5. Canisii.*

**Adamus**, Anglicus, Theologus Parisiensis.

**Adamus** BARCHINGENSIS, Shirbornensis in Anglia Monachus, vix. an. 1217.

**Adamus** DE BASSEIA, Canonicus Insulensis. *Vide Sander. pag. 138.*

**Adamus** DE BOCFELD, Anglus, Ord. Min. Philosophus, sæculo XIV. *Wadd.*

**Adamus**, Bremensis Canonicus, vix. circa an. 1080. *Edit. non semel.*

**Adamus** BUCFELDUS, Anglus, Mathematicus, non distinguendus, ut putat Fabricius, ab Adamo *de Bocfeld* supra.

**Adamus** BURLEUS, Anglus, Philosophus, circa an. 1337.

**Adamus** CARTHUSIANUS, Anglus, Theologus, vix. an. 1340.

**Adamus**, Cisterciensis Ord. Monachus, Anglus, vix. an. 1366.

**Adamus**, Clericus Claromontani Episcopi, auctor Chronici ab an. 1218. ad an. 1270. MS. *in Bibl. Carmelit. Claromont.*

**Adamus**, Dorensis, in Anglia Monachus, vix. an. 1200.

**Adamus** ESTHONUS, Londinensis et Herefordensis Episcopus, Theologus, vix. an. 1390.

**Adamus**, Eveshamensis, Anglus, vix. an. 1160.

**Adamus** GODDAMUS, Anglus, Ord. Min. Theolog. vix. an. 1320. Idem Fabricio, qui infra *Adamus Vodehamensis.*

**Adamus** HEMLINGTONUS, Anglus, Carmelita, Theolog. ob. an. 1420.

**Adamus** HIBERNICUS, Ord. Min. Theolog. vix. an. 1320.

**Adamus** LITTLETON, in Diction. Latino-Barbaro, vix. an. 1533.

**Adamus** DE MARISCO, Anglus, Eliensis Episcop. vix. an. 1257.

**Adamus** MUREMUTHENSIS, Londinensis Canonic. Hist. vix. ann. 1380. scripsit ab an. 1302. ad an. 1336. *Vide caveum ad an. 1342.*

**Adamus** NIZARDUS, Anglus, Grammaticalia quædam scripsit, vix. an. 1340.

**Adamus**, Abbas de Persenia, Ord. Cistere. Episc. Cenoman. vixit ante ann. 1100. [circa 1190.] *Vide Baluz. tom. 1. Miscell. pag. 423.*

**Adamus**, Ord. Præd. scripsit in Magist. Sentent. vix. an. 1355.

**Adamus**, Ord. Præmonstrat. vix. circa an. 1100. ob. an. 1180. *Edit. Paris. an. 1518. fol.*

**Adamus** SAXLIGHAMUS, Anglus, Carmel. Theol. vix. circa an. 1350.

**Adamus**, Silvanectensis Episc. ab an. 1230. ad 1250. scripsit Homil. *Vide Oudin. tom. 3. pag. 156.*

**Adamus** DE S. SULPITIO, in Job. *Vide Sander. part. 2. pag. 171.*

**Adamus** DE S. VICTORE, Canon. Regul. S. Vict. Paris. ob. 8. Jul. an. 1177.

**Adamus** WODEHAMENSIS, Anglus, Ord. Min. Theolog. ob. an. 1358. Vide supra *Goddamus*.

**Adelagus**, Bremensis Archiepiscopus, vix. ætate Flodoardi, ad quem Epist. scripsit. *Edit. in Bibl. Patr. tom. 17.*

**Adelardus**, Anglus, Benedict. Bathon. circa an. 1100. in *Cod. Thuano. 530. Vide Marten. tom. 1. Anecd. pag. 292.*

**Adelbertus**, Abbas Heidenheimensis, vix. sub Eugenio III. *Edit. a Gretzero cum Philippo Eystetensi pag. 318.*

**Adelbodus**, Episcopus Trajectensis, ob. an. 1027. *tom. 5. Bol. pag. 542. Vide Siegb. c. 138.*

**Adelmannus**, Leodiensis Scholasticus, Sigeberto *Almannus*, Episcopus Brixienis, an. 1061. *tom. 1. Analect. Mabillonii pag. 420. in Bibl. Patrum.*

**Adelmus**, vel ADALHELMUS, Sagiensis Episcop. vix. an. 880. *tom. 4. SS. Ordinis Bened. pag. 220. tom. 11. Bollandi pag. 62. et tom. 11. Gall. Christ. col. 679.*

**Adelphus**, Abbas Ord. Bened. vix. circ. an. 1150.

**Ademarus**, Cabanensis Monach. S. Eparchii, vix. an. 1030. *tom. 2. Bibl. Labbei, pag. 151. 271. tom. 1. Analect. Mabillonii pag. 418. in Normannicis Duchesnii, pag. 19.*

**Ademarus**, aliis ADELMUS, Francorum Historicus, vix. sub Carolo Magno. *Vide Aimoin. lib. 4. extremo, et Vossium.*

**Adenulfus**, Archiepisc. Capuanus, ob. an. 1050. *tom. 6. Ughelli pag. 514. tom. 2. Boll. pag. 551.*

**Adeodatus** (S.), PP. ob. 26. Jun. an. 676. *Vide Concilia.*

**Adilredus**, Abbas Ord. Cisterc. ob. an. 1166.

**Ado**, Trevirensis, cui Martyrologium adscribit Lipomanus, vix. an. 1070.

**Ado**, Viennensis episcopus, ob. 16. Decembr. an. 874. *Vide tom. 6. Canisii pag. 444. et tom. 12. Spicileg. pag. 135.*

**Adrevaldus**, Monach. Floriacensis, vix. anno 859. *tom. 8. Bol. pag. 305. tom. 12. Spicileg. pag. 30. tom. 2. SS. Ord. Benedict. pag. 333. in Bibl. Floriac. etc.*

**Adrianus**, Præpositus Malbod. in Hist. Translat. S. Aldegundis.

**Adrianus** DE VETERI-BUSCO. Monach. S. Laur. de Rebus Leodiens. *tom. 4. Ampl. Collect. Marten.*

**Adso**, Monach. Dervensis, ob. an. 992. *tom. 2. SS. Ord. Bened. pag. 67.*

**Adso**, cogn. HERMIRICUS, Abbas Luxoviensis, circa an. 1050. *tom. 5. SS. Ord. Bened. p. 451.*

**Adto**, Monachus Casinensis. Agnetis Imperatricis Capellanus, vix an. 1070. *Petr. Diac.*

**Ægidius** ASSISIAS, Ord. Min. scripsit *Verba aurea*, ob. an. 1262. *Edit. Antwerp. an. 1534.*

**Ægidius**, Aureæ vallis Monachus, de Gestis Episcop. Leodiensium, vix. an. 1251. *tom. 2. Historiæ Leodiens. pag. 1.*

**Ægidius** DE BELLAMERA, Episcop. Avenion. in Comment. ad decret. etc. ob. an. 1392.

**Ægidius**, Doctor Bononiensis, cujus est Ordo Judiciarius de Foro Ecclesiastico, in *Bibl. Sangerm. c. 243. 435.*

**Ægidius** CARILLUS ALBORNOTIUS, Hispanus, Cardinal. ob. an. 1364. Fabricio, *Ægidius Albornotius de Carino*, Archiep. Tolet. et Card. ob. an. 1377.

**Ægidius** CARLERIUS, Decan. Cameracensis, ob. an.

1472. *Ejus elogium edidit Jo. Launoius, ubi de ejus scriptis. Vide tom. 3. Canisii part. 2. pag. 189. tom. 12. Concil. pag. 1159.*

**Ægidius** COLUMNA, Archiepisc. Bituricensis, ob. 22. Decemb. an. 1316.

**Ægidius**, Corboliensis, Medicus, vixit sub Philippo Augusto, non an. 700, ut vult Trithemius. *Vide Hist. Academiæ Parisiensis tom. 2. pag. 718. et Naudæum de Antiquit. Scholæ Medicæ, pag. 35.*

**Ægidius** DE FOSCARIIS, Bononiensis, Jurisconsult. vix. an. 1220.

**Ægidius** DE FÆNO, Anglus, Philosophus, vix. an. 1350.

**Ægidius** GUILLELMUS MISSALIUS, Aquitanus, Ord. Min. Theolog.

**Ægidius** HISPANUS, Ord. Min. scripsit Sermones Sanctorum.

**Ægidius** DE LUGNACO, Ordin. Min. Theologus.

**Ægidius** LUSCINUS, Ordinis Prædic. Theologus, vix. anno 1270.

**Ægidius** MUSIUS, Abbas S. Martini Tornac. Chronicon perduxit ad an. 1343. quo vixit. MS. *Vide Sander. pag. 128.*

**Ægidius** PARISENSIS, Auctor Poëmatis inscripti ad Ludovicum, Philippi Aug. Reg. Franc. filium. MS. *Vide Miscellanea Labbei et Naudæum de Antiq. Scholæ Medicæ Paris. pag. 36. 37, et supra in Ægid. Corboliensi.*

**Ægidius**, Archiepisc. Rotomagensis, vix. an. 1315. *tom. 4. Spicileg. pag. 270. Alius Ægidius Rotomagensis Archidiaconus vixit an. 1113.*

**Ægidius** DE ROMA, Augustinianus, Archiepiscop. Bituricensis, ob. 22. Decemb. an. 1316. Idem qui supra *de Columna.*

**Ægidius** DE ROYA, Abbas Montis-Regalis, Chronicon perduxit usque ad an. 1478. *Edit. ab Andr. Schoto.*

**Ælfricus**, vel Alfricus, Abindonensis Abbas, deinde Cantuariensis Archiepiscopus, ob. an. 1006. *Ejus Grammaticam Anglo-Saxonico-Latinam edidit Somnerus.*

**Ælius** DONATUS, Grammaticus, præceptor sancti Hieronymi.

**Ælius** LAMPRIIDIUS, *edit. inter Scriptores Historiæ Augustæ*, vix. sub Constantino Magno.

**Ælius** MAURUS, vix. sub Severo ac Caracalla. *Vide Vossium.*

**Ælius** SABINUS, Historicus, sub Pupieno et Balbino AA. *Capitolin.*

**Ælius** SPARTIANUS, Scriptor Historiæ Aug. vix. sub Diocletiano. *Vide Casaubon. Salmasium et Vossium.*

**Ælnothus** Cantuariens. Monach. de Vita et Passione S. Canuti Regis Daniæ. *Edit. a Meursio an. 1631. vix. an. 1105.*

**Ælredus**, Rievallensis in Anglia Abbas, ob. an. 1166. *Edit. Duaci 1616. etc.*

**Æmilianus** PARTHENIANUS, Histor. *laudatur a Vulcatio Gallicano in Avidio Cassio.*

**Æneas**, Parisiensis Episcopus, vix. an. 860. *tom. 7. Spicil. pag. 1. tom. 8. Concil. pag. 476.*

**Æsopus**, Interpres Callisthenæ, vix. sub Constantino Imp. *Vide Gaun. ad Lib. De Vita Mosis pag. 225.*

**Æthicus**, Cosmographus, vix. post Constantinum Magnum. *Vide Voss. de Hist. Lat. pag. 692. et quæ observamus in Constantinopoli Christiana.*



- Agatho (S.)** PP. ob. 10 Jan. an. 682. *Vide Concil. Baron. etc.*
- Aggenus** URBICUS, *edit. inter Agrimensores.*
- Agnellus**, Episcopus, scripsit contra Arrianos.
- Agnellus**, Ravennensis Episcopus, vix. circa an. 824. *Edit. in Bibl. Patrum, tom. 5.*
- Agnes** ASSISIAS, Virgo, Germana S. Claræ Monialis, vix. an. 1220. *Willot.*
- Agobardus**, Archiepiscopus Lugdunensis, vix. an. 840. *Edit. a St. Baluzio.*
- Agroëtius**, Grammaticus, scripsit de Orthographia ad Eucherium Episcopum. *Edit. inter Grammat. Putschii.*
- Ahyto**, Basileensis Episcopus, vix. an. 822. *tom. 6. Spicil. pag. 691.*
- Aidanus** AUVINAS, Northumbrensis, Lindisfarnensis Episcop. ob. prid. Kal. Sept. an. 651.
- Aigradus**, Monach. Fontanellensis, vix. sæculo VIII. *tom. 2. SS. Ord. S. Bened. pag. 1048.*
- Aigradus**, Monach. de Vita S. Ansberti Archiepisc. Rotomag. ob. circ. an. 700. *tom. 4. Bollandi pag. 347.*
- Aileranus (S.)** Scoto-Hibernus, cogn. *Sapiens*, vix. circa sæculum VII. *in Bibl. Patr. tom. 12. et in Operibus S. Columbani edit. Lovan. an. 1667.*
- Ailmerus**, vel ELMERUS, Cantuariensis Monach. ob. an. 1130.
- Aimarus**, Lugdunensis Episcopus, an. 1282. *tom. 8. Spicileg. pag. 253.*
- Aimericus** DE PEIRACO, Abbas Moissiacensis, de Gestis Caroli Mag. ad Joan. Ducem Bituric. *in Cod. Reg. 1344.*
- Aimerici** PICAUDI, Rythmus de S. Jacobo Apostolo, *in Bibl. Sangerman. Cod. 608.*
- Aimoinus**, Floriacensis Monachus, patria Petricorius, vix. an. 986. *in Bibl. Floriac. tom. 8. Bol. pag. 324. tom. 3. Hist. Franc. etc. Vide Sigebo. c. 101.*
- Aimoinus**, Monach. S. Germani Paris. scriptor miraculor. ejusdem S. Germani, vix. an. 890. *tom. 2. SS. Ord. S. Bened. pag. 359. tom. 5. pag. 643. Vide Vossium, pag. 308.*
- Aio**, Croilandensis Monachus, Histor. ob. an. 974.
- Aithonus**, Armenus, Aithonis Armeniæ Regis nepos, an. 1290. *Edit. a Reineccio et aliis.*
- Alanus**, Teukesburiensis Abbas, ob. an. 1201.
- Alanus** BEAUCLIFFUS, Anglus, Theolog. an. 1230.
- Alanus** DE INSULIS, ob. an. 1294. *Ejus Opera omnia edita Antverpiæ, an. 1654. Vide Hist. Academiæ Paris. tom. 2. pag. 719.*
- Alanus** DE LINNA, Anglus, Carmel. Theologus, ob. an. 1420.
- Alanus** DE RUPE. *Vide Sander. part. 2. pag. 84.*
- Albanus**, Anglus, ad S. Albanum Monachus.
- Albericus**, Diacon. Cardin. Monach. Casinensis, vix. ann. 1084. *Vide Paul. Diac. et J. B. Marum, Bolland. 22. Jan.*
- Albericus** GENTILIS, JC. de Jure Canonico.
- Albericus** DE ROSATE, Bergomensis, Jurisconsult. vix. an. 1350.
- Albericus**, Monachus Trium Fontium, ejus Chronicon, MS. desinit in an. 1242.
- Albericus** VERUS, ex Comitum Oxoniensium familia, vix. an. 1250.
- Alberius**, vix. circa an. 1230. *tom. 6. Ughelli, pag. 25.*
- Albertanus**, Brixienis Causidicus, *De arte loquendi et tacendi, edit. an. 1483 et 1491. vix. an. 1246 al. 1208.*
- Albertinus**, Ordin. Min. scripsit Sermones, etc.
- Albertinus**, Mantuanus, August. Theologus, vix. an. 1400.
- Albertinus** MUSSATUS, Patavinus, de Gestis Henrici VII. Imp. etc. *Edit. a Felice Osio an. 1636. ob. prid. Kal. Jul. an. 1329. Vide Vossium pag. 792. Portenar. in Patavio pag. 273 et Murat. tom. 10. Script. Ital.*
- Albertus**, scriptor Vitæ S. Guillelmi Eremitæ, cujus fuit discipulus. *Vide Bollandum, tom. 4. p. 448.*
- Albertus**, Aquensis Ecclesiæ Canonic. et Custos, vix. an. 1110. *in Gestis Dei pag. 184. et apud Reineccium.*
- Albertus**, Argentinensis, Chronicon perduxit ad an. 1378. *Edit. ab Urstisio.*
- Albertus** ARNHEMIUS, cognomento RIVET, Cartusianus, ob. an. 1444.
- Albertus** A BONSTETTEN, scriptor Vitæ S. Nicolai Tolentini, qui excessit an. 1306. *Vide Sur. 10 Septemb.*
- Albertus**, aliis ALBERTONUS, Brixianus, Ord. Præd. vix. an. 1340. *Vide Sander. pag. 180. 189.*
- Albertus** E DREPANO, Siculus, Carmelita, ob. an. 1297. vel 1307.
- Albertus**, Frisingensis Episcop. scriptor Vitæ SS. Kiliani, Colomani et Tornani, ob. an. 1359.
- Albertus** Galioti, Parmensis, Jurisconsultus, vix. circa an. 1230.
- Albertus**, Halberstadensis Episcop. Theolog. ob. an. 1365.
- Albertus** LEODIENSIS, Monach. vix. an. 880. idem Fabricio, qui *Lobiensis*, Abbas Gemblac. circ. an. 980.
- Albertus** MAGNUS, Ord. Prædicat. Episcop. Ratisponensis, vix. an. 1280. *Ejus opera Lugduni edita 21. vol.*
- Albertus**, Melensis Monach. Benedict. Historic. vix. an. 1038. *Sigebert. Trith.*
- Albertus**, Augustinian. Montis Vinearum Patavii Prior, scriptor Vitæ B. Beatricis Ateslinæ, etc. vix. an. 1230.
- Albertus** PATAVINUS, Augustinian. Ægidii Romani discipulus, ob. an. 1328
- Albertus** PATAVINUS, cogn. NOVELLUS, Augustin. Theolog. vix. an. 1293. [1492.] *Vide Portenarium in Patavio pag. 452.*
- Albertus**, Patriarcha Hierosolymitan. auctor Regulæ Carmelitarum, vix. an. 1190.
- Albertus** PISANUS, Ord. Min. Magister Gener. ob. an. 1239. *Wadd.*
- Albertus** SARTIANUS, Mediolanens. Ord. Min. ob. an. 1450.
- Albertus**, Saxo, Augustin. Theolog. vix. circa an. 1031. [1332.] *Possev. Vice Fabr. Bibl.*
- Albertus**, Sigebergensis, Bened. Theol. vix. an. 1450.
- Albertus**, Stadensis Abbas, Chron. perduxit ad an. 1256. *Edit. a Steinhemio an. 1587.*
- Albertus** SUHOVIUS, Osnabrugensis Decanus, vix. an. 1445.
- Albricius** Londinensis, vix. an. 1217. *Edit. inter Script. Mytholog.*
- Albuinus**, Presbyter, de Virtutibus et Vitiis, MS. *Vide Marten. tom. 1. Anecd. pag. 668.*
- Alcuinus**, Abbas S. Martini Turon. ob. 10 Maii,

- an. 804. *Edit. a Duchesnio. Vide præterea tom. 2. Spicileg. pag. 631. tom. 9. pag. 111. tom. 2. SS. Ord. Bened. pag. 189. tom. 3. pag. 601. et tom. 1. Miscell. Baluz. pag. 365.*
- Alderisius**, in Geographia Nubiensi.
- Aldhelmus**, vel ALTHELMUS, Abbas Malmesburiensis, deinde Episcopus Schireburnensis, ob. 28. Maii an. 709. *In Epist. Hibernicis Usserii, tom. 5. Canisii part. 2. pag. 798. in Bibl. Patr. tom. 13. etc.*
- Aldobrandinus** CAVALCANTES, Florentinus, Augustinianus. Theol. *Possevin.*
- Aldobrandinus** PAPANUS, Ord. Præd. an. 1287. *tom. 8. Bol. pag. 181.*
- Aldricus**, Senonensis Episcopus, ob. an. 840. *Vide Epistolas Lupi Ferrariensis.*
- Aldricus**, Anglus, Jurisconsult.
- Alexander I.** PP. ob. 3. Maii an. 132. *Vide Concil. etc.*
- Alexander II.** PP. ob. 21. April. an. 1073. *Vide Concil. etc.*
- Alexander III.** PP. ob. 27. Aug. an. 1181. *in Concil. post Petrum Cellensem, tom. 5. Spicileg. pag. 572. tom. 24. Biblioth. Patr. pag. 1519. etc. Vide Lud. Jacob.*
- Alexander IV.** PP. ob. 25. Maii an. 1261. *in Concil. tom. 6. Spicileg. pag. 485. Vide Lud. Jacob.*
- Alexander V.** PP. ob. 3. Maii an. 1410. *Vide Lud. Jacob.*
- Alexander** ALEMANNICUS, SAXO, dictus *Doctor illibatus*, Ord. Min. Theolog.
- Alexander** DE ALEXANDRIA, Ord. Min. General. Minister, Theolog. ob. an. 1314.
- Alexander** DE ANCILLA, Florentinus, Decret. Doctor, vix. an. 1355. *Vide Lambecc. lib. 2. Bibl. Cæsar. pag. 385.*
- Alexander**, Aquicinctensis Abbas, scriptor Vitæ Sancti Gossuini Abbatis, vix. circa ann. 1100. [1200.] *Edit. Duaci an. 1620.*
- Alexander**, Abbas S. Augustini Cantuar. vix. an. 1217.
- Alexander** DE CAMPO-LONGO, Patavinus, Jurisconsult. Prior Sancti Leonardi Patavii, ob. anno 1405. *Scard.*
- Alexander**, Cantuariensis Monach. vix. an. 1120.
- Alexander**, Celesini, rectius Telesini, Cœnobii Abbas, de Rebus Rogerii Comititis Siciliae, sub quo vix. *tom. 3. Histor. Hispan.*
- Alexander**, Essibiensis, Canon. Regular. vix. anno 1220.
- Alexander** DE HALES, Anglus, Ord. Min. Theolog. insignis, ob. 6. Kal. Sept. an. 1250.
- Alexander** MANIUS, COGNOM. BASSANUS, Patavinus, Jurisconsult. vix. circa an. 1400. *Vide Scardeon. pag. 242.*
- Alexander**, Monach. auctor Chronici Monasterii S. Bartholomæi de Carpineto, vix. sub Celestino III. PP. *tom. 9. Ughelli pag. 1231.*
- Alexander** NECKAM, Anglus, Abbas Verolamensis, ob. an. 1227. multa scripsit, quorum quædam edita. *Vide Historiam Academiæ Paris. tom. 2. p. 725.*
- Alexander** DE S. ELPIDIO, Italus, Augustin. Eremitar. Magister General. vix. ann. 1330.
- Alexander** DE TARTAGNIS, Imolensis, JC. obiit anno 1487.
- Alexander** DE VILLA-DEI, Dolensis, Ord. Min. auct. Doctrinalis, vix. an. 1240.
- Alexander**, Vulturvensis Episcopus, de Vita S. Alberti Episc. etc. *tom. 9. Bollandi pag. 434.*
- Alexander** WENDOCUS, seu WENEDOTIUS, Cambrensis, ob. an. 1238.
- Alexandri II.** Regis Scotiae Statuta, edita a Joan. Skeneo in LL. *Scotic. ob. an. 1249.*
- Alexandri**, Cicestrensis Canonici, Laus Sapientiae divinæ, *In Bibl. Sangerman. Cod. 798.*
- Alexandri**, Conventrensis Episcopi, Constitutiones, sub an. 1237. *tom. 11. Concil. pag. 515.*
- Alfredus**, Beverlacensis Ecclesiae Thesaurarius, Historicus, ob. an. 1136.
- Alfredus**, cognom. MAGNUS, Angliæ Rex, cujus multa habentur, ob. an. 901. *Vide Pitseum, Bromptonum, Lambardum, tom. 9. Concil. Bedam edit. Anglo-Saxon. etc.*
- Alfredus**, Malmesburiensis Abbas, deinde Cridiensis Episcopus, vix. an. 990.
- Alfredus**, Osvii Nordamhumborum Regis filius nothus, ob. an. 705.
- Alfredus**, cogn. PHILOSOPHUS, Anglus, vix. an. 1270.
- Algerus**, Leodiensis Scholasticus, vix. an. 1130. *in Biblioth. Patr. tom. 21. tom. 1. Analector. Mabillon. pag. 303.*
- Alphas**, Anglus, Gregorii Ariminensis auditor, in 1. Sentent.
- Almannus**, Monach. Altvillarensis, vix. an. 868. *tom. 1. SS. Ord. Bened. pag. 368. tom. 2. Analect. Mabillonii, pag. 89. in Metropoli Remensi tom. 1. p. 402. Sigebert. cap. 98.*
- Alphanus**, vel ALPHARUS, Hispanus. Ord. Min. vix. anno 1320.
- Alphanus**, Monachus Casinensis. Archiep. Salernitanus, Gregorio VII. PP. coævus. *Ejus Carmina edidit Ughellus tom. 2. pag. 1085. Vide Paul. Diac. J. B. Marum, Vossium, etc.*
- Alphonsi I.**, Lusitaniæ Regis, *Constitutiones militum S. Michaelis, sive de Ala, an. 1166.*
- Alphonsi** Philosophi Clericalis Disciplina. *In Bibl. Sangerm. Cod. 798.*
- Alphonsus** BONIHOMINIS, Hispanus, Ord. Præd. vix. an. 1336. *Vide Sander. part. 2. pag. 107.*
- Alphonsus** X. Castellæ Rex, scriptor Tabularum Astronomicarum, vix. an. 1270
- Alphonsus** CIGARELLUS de Menavia, *in Bibl. Mss. Labbei.*
- Alphonsus**, Hispalensis Episcopus, Augustinianus, vix. an. 1340.
- Alphonsus** TOSTATUS, Episcopus Abulensis, obiit anno 1454.
- Alphonsus** VARGAS, Archiepiscopus Hispalensis, ob. 26 Decembr. an. 1366.
- Alfridus**, Episcopus Mimigardefordensis, vixit an. 848. *tom. 8. Bol. pag. 642. tom. 5. SS. Ord. Benedict. pag. 15.*
- Alvardus** Cadurcensis. Ordinis Prædicat. Theolog. ob. circa an. 1334.
- Alvarotus** Patavinus, Jurisconsult. obiit 27. Jun. anno 1453.
- Alvarus** Cordubensis, scriptor Indiculi luminosi, et Vitæ S. Eulogii, vix. an. 854. *tom. 1. Bibl. Patr. tom. 7. Bol. pag. 90.*
- Alvarus** PELAGIUS, Ord. Min. Episcopus Silvensis, auctor libri de Planctu Ecclesiae, etc. vix. an. 1340.
- Aluisius** MARSILLUS, Italus, August. Theologus, vix. anno 1380.

**Alulfus**, Monach. S. Martini Tornac. auctor Gregorianæ, editæ tom. 1. *Analect. Mabillonii* p. 312.

**Alypius** Antiochenus, in *Descript. Orbis*.

**Amalarius** FORTUNATUS, Archiepiscop. Trevirensis, ob. an. 814. in *Bibl. Patr. tom. 2. Capitul. Baluzian. pag. 1352. tom. 1. Analector. Mabillon. pag. 419. tom. 2. pag. 96. tom. 7. Spicileg. pag. 164. tom. 14. Bibl. Patr. Perperam edit. Attularius apud Sigebert. cap. 87*

**Amalarius**, Metensis Episcopus, auctor Regulæ Canonicorum in Concilio Aquisgr. an. 816. etc.

**Amalricus** AUGERII, scriptor Chronici Pontificalis, vix. sub Urbano V.

**Amandus**, Prior Monasterii Aquicinctin. vix. an. 1113. scripsit de Vita et morte Odonis Episcop. Camerac. MS.

**Amatus**, Episcopus, et Casinensis Monach. scripsit *Histor. Normannorum ineditam*, vix. an. 1070. *Vide Paul. Diac. et J. B. Marum.*

**Ambrosius** AUTOBERTUS. *Vide Autbertus.*

**Ambrosius** CALEPINUS, Augustin. obiit 30. Novemb. anno 1510.

**Ambrosius**, Camaldulensis Abbas, Italus, vix. an. 1450. [Alterum quem an. 1340. vixisse scribit Cangius, nullum fuisse asserit Fabricius.]

**Ambrosius** (S.), Episcopus Mediolanensis, ob. 4. April. an. 397.

**Ambrosius**, Mediolanensis, scriptor Chronici Ord. Prædic. *Leander Albert.*

**Ambrosius** MERLINUS, vix. an. 480.

**Amedeus**, Monach. Cisterciensis, Episcopus Lausannensis, vix. ann. 1144. *Edit. a Theophilo Rainaudo, et tom. 20. Bibl. Patr. pag. 1278.*

**Ammianus** MARCELLINUS, cujus exstat *Historia*, vix. sub Gratiano et Valentiniano.

**Amphibalus** junior, cogn. SIMENUS, Britannus, vix. anno 569.

**Amulo**, Archiepiscopus Lugdunensis, vix. an. 850. *Ejus Epistolas cum Agobardo edidit Steph. Baluzius, in Bibl. Patr. tom. 14. pag. 329.*

**Anastasius** I. PP. ob. 27. April. an. 402. *Vide Concil. et Lud. Jacob. et tom. 5. Spicileg. p. 582.*

**Anastasius**, Abbas Romanus, S. E. R. Bibliothecarius, vix. an. 876. *Ejus Complura extant. Vide tom. 12. Bibl. Patr.*

**Anastasius**, Presbyter et Apocrisarius Romæ, vix. an. 665. *In Collectaneis Anastasii Bibl. et tom. 12. Bibl. Patr. p. 858.*

**Anatolius**, Alexandrinus, Laodicensis Episcopus, vix. sub Caro et Probo AA. *Vide Bucherium in Canone Paschali, pag. 439.*

**Andoinus** DE ROCCA, Abbas Cluniacens. Cardin. ob. anno 1369.

**Andreas** AGNELUS, Ravennensis Archiepiscop. sub Ludovico Pio. *Vide Hieron. Rubeum.*

**Andreas**, Arelatensis, de Orig. et Gestis Francor. *In Bibl. Puteana, Cod. 1138.*

**Andreas**, Aulæ Regiæ Capellanus, vix. an. 1170. *Ejus Amatoria edita Dortmundæ, an. 1610.*

**Andreas** BILIUS, Mediolanensis, Augustin. vix. an. 1420. *Vide Murat. tom. 19. Script. Ital.*

**Andreas**, Monachus Fontebraldensis, de morte Roberti de Arbrissello, edit. cum Vita ejusdem Roberti, vix. an. 1150.

**Andreas** DANDULUS, Venetorum Dux, Chronicon Ve-

netum MS. perduxit ad an. 1253. [1280. *Edit. apud Murat. tom. 12. Script. Ital.*]

**Andreas**, Hispanus, Episcopus Megarensis, Cardinalis, vix. an. 1437.

**Andreas** HORNUS, Anglus, Jurisconsult. vix. sub Edw. I. circa an. 1320.

**Andreas** LEUCANDER, alias WHITEMANNE, Ramesiensis in Anglia Abbas, vix. an. 1020.

**Andreas** DE LUXEMBURGO, Cardin. Episcop. Camerac. an. 1396. *tom. 9 Spicil. pag. 294.*

**Andreas** SYLVIVS, Prior Marcianensis, ob. an. 1194. *Ejus Chronicon edit. a Raph. de Beauchamps in Hist. Merovingica.*

**Andreas**, Palatioli in Monte viridi in Etruria Abbas 3. de Vita S. Vualfridi Abbat. ejusdem Monasterii, *tom. 4. Boll. pag. 842. et tom. 4. SS. Ord. Bened. pag. 196.*

**Andreas** MORELLUS, in *Epist. Amstel. an. 1702.*

**Andreas**, Ratisponensis Presbyter, auctor Chronici Ducum Baviariæ, vix. sub Sigismundo Imper. *tom. 4. Anecd. Pezii part. 3. pag. 275.*

**Andreas** REDUSIUS, scriptor Annalium Tarvisinorum, ad an. 1420. quo vixit. *Ejus Chron. Tarvis. edidit Murat. tom. 19. Script. Ital.*

**Andreas** A SANCTA-CRUCE, Patricius Romanus, scripsit *Collat. Concilii Florent. Edit. inter Concil.*

**Andreas**, S. Victoris Parisiis Monachus, Anglus, vix. an. 1150. *Vide Cod. Thuan. 275. et Pitseum.*

**Andreas** SAUSSAYIUS, in *Martyrol. Gallic.*

**Andreas** SUENONIS, Archiepisc. Lundensis, circa an. 1110. *Ejus habentur Leges Scanicæ.*

**Andreas** THEVETUS, in *Cosmographia.*

**Andreas**, Trajectensis, Monachus Spanheimensis, vix. an. 1445.

**Andreas** DE YSENIA, JC. in *Comment. utriusque Juris.*

**Angelicus** GRIMALDI E GRISACO, Gallus, Card. ob. 16. Kal. Apr. an. 1387.

**Angelomus**, Lexoviensis Monachus, vix. an. 855. scripsit in *Libros Regum. t. 15. Bibl. Patr. pag. 307. Sigebert. c. 86.*

**Angelus** ACCIAIVOLUS, Episcopus Ostiensis, Cardin. ob. an. 1407. Diversus ab Angelo Acciajolo, Episcopo Florentino, qui obiit an. 1357.

**Angelus** E CINGULO, *Clarenus* dictus, Italus, Ordin. Min. ob. an. 1294. [post an. 1317.]

**Angelus** A NUCE, in *Notis ad lib. Leon Ostiensis.*

**Angelus** RUMPLERUS, in *Hist. Monast. Formbac. tom. 1. Anecd. Pezii.*

**Angelus** SALVETTUS, Senensis, Ord. Minor. Minister Generalis, ob. an. 1423.

**Angelus** TANCREDUS, Aretinus, Ordin. Minor. scriptor *Miracul. S. Francisci*, vix. circa an. 1246.

**Angelus** DE UBALDIS, Perusinus, Jurisconsult. Baldi frater, vix. an. 1423.

**Angilbertus**, Abbas Corbeiensis, an. 865. *tom. 2. Analect. Mabillonii* p. 657.

**Anianus**, Vir spectabilis, jubente Athalarico Theodosianum Codicem compegit, et aliquot Joannis Chrysostomi Homilias in Latinam linguam vertit. *Edit. post Bedam in Epistola S. Pauli, et cum Joan. Chrysost.*

**Anianus**, Abbas Aldeburgensis, scripsit *Chron. ad an. 1457. Vide Sander. p. 225.*

**Anianus** MAGISTER, Auctor *Computi* edit.



**Anicius, MANL. TORQUAT. SEVER. BOETIUS**, in *Consolatione Philosophiæ*, edit. an. 1656. ob. an. 524.

**Annibaldus CECCANUS**, Neapolitanus Archiep. Card. Tusculan. vix. an. 1327.

**Anscharius**, primus Archiepisc. Bremensis, tom. 4. SS. Ord. Bened. pag. 401.

**Anscherus**, Abbas Centulensis, vix. sæculo XI. tom. 5. Bollandi pag. 101 : tom. 5. SS. Ord. S. Bened. pag. 123.

**Ansegisus**, Abbas Lobiensis, vix. an. 840.

**Ansegisus**, Luxoviensis et Fontanellensis Abbas, vix. sub Carolo Magno et Ludovico Pio, quorum Capitularia collegit.

**Anselmi** Archidiaconi Glossulæ super Psalterium, MSS. in Bibl. Vatic. non alius forte ab Anselmo Laudunensi, ut suspicatus est Jac. le Long.

**Anselmi**, Ord. Minor. Descriptio Terræ Sanctæ, tom. 6. Canisii pag. 1289.

**Anselmi** DE MONTE LEONIS Glossæ in Matheum MSS. Cod. Reg. 246. idem qui infra *Laudunensis*.

**Anselmi** Peripatetici Rhetorimachia MS. Cod. Thuan. 589.

**Anselmus** BOOT, in Hist. Lapidum, edit. Adr. Tollii.

**Anselmus** (S.), Archiep. Cantuariensis, obiit 21. April. an. 1109. *Ejus opera collegit et edidit Gabriel Gerberonus Benedict.*

**Anselmus**, Gemblacensis Abbas, Chronicon Sigeberti deduxit ad an. 1135. quo vixit. *Edit. a Miræo.*

**Anselmus** Havelbergensis Episcopus, non longe ab Albi flu. vix. an. 1146. *Edit. tom. 13. Spicileg. p. 88. Vide Eisengr.*

**Anselmus**, Laudunensis Decanus et Scholasticus, vix. an. 1110. *Vide Henric. Gandav. Sander. part. 2. pag. 171, etc.*

**Anselmus**, Leodiensis Canonicus, scripsit *Histor. Episcop. Traject. et Leodiens.* vix. an. 1050. tom. 1. *Hist. Leod. pag. 99.*

**Anselmus**, Episcopus Lucensis, S. R. E. Cardin. ob. 18. Mart. an. 1086. tom. 6. Canisii pag. 202. 235. in *Bibl. Patr. tom. 27. 28. Vide Sigeb. c. 161.*

**Anselmus**, Episcopus Marsicanus, edit. *Colo.* 1570.

**Anselmus**, Mon. Remensis, vix. an. 1050. scripsit *Itinerarium Leonis IX. PP. a Roma in Galliam. Vide Sigeb. cap. 152.*

**Anselmus** DE RIBODIMONTE, an. 1100. tom. 7. *Spicil. pag. 191.*

**Anso**, Abbas Lobiensis, ob. an. 801. tom. 10. *Bollandi p. 560. tom. 11. p. 375. tom. 3. SS. Ord. Bened. pag. 564.*

**Anterus** PP. ob. 3. Jan. an. 238. *Vide Concil. et Lud. Jacob.*

**Antoninus** (S.), Ord. Prædic. Archiepisc. Florentinus, ob. 2 Maii an. 1459. *Edit. seorsim.*

**Antoninus**, qui Gennadio *Honoratus*, Constantinæ in Africa Episcopus, apud *Baron. an. 437. tom. 8. Bibl. Patr. p. 665.*

**Antoninus** PLACENTINUS, Monach. in *Itiner. Hieros. edit. Andegav. an. 1640.*

**Antonius** ANDREAS, Ord. Min. ob. circa an. 1320. *Edit. Venet. an. 1578.*

**Antonius** DE BUTRIO, Bononiensis, JC. ob. an. 1408. non. Octob. *Fichard.*

**Antonius** CARTOLARUS, vel CARTULARIUS, Patavinus, de Vita et Moribus Philosophorum, ob. an. 1440.

**Antonius** CORARIUS, Venetus, Episcopus Bononiensis, et Patr. Constantinop. Cardin. ob. an. 1445.

**Antonius** DE CREMONA, Ord. Minor. scripsit *Quadragesimale.*

**Antonius** DUGDALIUS, in *Antiquit. Warvic.*

**Antonius** FABRICIUS BLEYNIANUS, JC. in *Institutionibus rei beneficiariæ.*

**Antonius** FRANCISCUS CORI, in *Columbario Libertorum et Servorum Liviae.*

**Antonius** GAYNERUS, Papiensis, Medicus, vixit anno 1440.

**Antonius**, Genuensis, Augustinian. vix. an. 1418.

**Antonius** GODUS, Vicentin. Chron. scripsit ab an. 1194. ad an. 1260. *Edit. cum Albertino Mussato a Felice Osio et a Murat. tom. 8. Script. Ital.*

**Antonius** ILERDENSIS, Ord. Minor. Philosophus et Theologus.

**Antonius** LOISELLUS, in *Tract. de Ordinibus.*

**Antonius** LUCENSIS, Ord. Min. vix. an. 1320.

**Antonius** MASSANUS, Etruscus, Ord. Min. vix. an. 1430. *Wadd.*

**Antonius** MATTHEUS, de Nobilitate, de Principibus. *Amstel. an. 1636.*

**Antonius** A MONTEFALCONE, Italus, Ord. Min. scriptor Vitæ B. Claræ a Montefalcone. *Vide Wadding. ann. 1308. et 1491.*

**Antonius** DE PADUA (S.), Lusitanus, Ord. Minor. ob. 13. Jun. an. 1231. *Ejus habentur Conciones.*

**Antonius** DE PARMA, Monachus Camaldul. vix. anno 1420.

**Antonius** RAUDENSIS, seu RAUDINUS, Italus, Ord. Min. vix. circa an. 1420. *In Bibl. Thuana.*

**Antonius** DE RIPALTA, in *Annal. Placent. ab. ann. 1401. ad 1463. tom. 20 Murat. Script. Ital.*

**Antonius** A S. ANGELO, Patavinus, JC. vix. an. 1394.

**Apollonius**, Romanæ urbis Senator, sub Commodus Imp. *Hieron.*

**Apponius**, vix. sæculo VII. *In Bibl. Patr. tom. 14. pag. 98.*

**Aprigius**, Episcopus Pacensis, vix. anno 530. *Isidor. etc.*

**Apuleius** MADAURENSIS, vix. sub Antoninis Marco et Philosopho.

**Aquila**, Romanus, edit. *inter Rhetores.*

**Aquilius** SEVERUS, Hispanus, sub Valentiniano. *Vide S. Hieron.*

**Arator**, S. R. E. Subdiaconus, Poeta Christianus, vix. an. 534. *Edit. seorsum, et tom. 10. Bibl. Patr. Vide Sirmond. ad Ennodium pag. 99.*

**Archangelus** NEAPOLITANUS, Cavæ, seu S. Justinæ de Padua Monachus, auctor *Hist. Monast. Cavensis.*

**Arciboldus**, Mediolanensis, auctor *Catalogi Hæreticorum.*

**Arculfus**, Episcop. auctor *Itinerarii Terræ Sanctæ*, quod a Beda abbreviatum est. *Vide eundem Bedam lib. 5. Hist. cap. 16.*

**Ardo**, seu SMARAGDUS, Mon. Anianensis, vix. circa an. 824. tom. 4. *Bollandi pag. 610. tom. 5. SS. Ord. Benedict. pag. 191.*

**Arialdus**, Casinensis Presbyter, vix. an. 1080. *Petr. Diac.*

**Aribo**, Episcopus Frisingensis, sub exitum sæculi VIII. tom. 3. *SS. Bened. pag. 500.*

**Aribo**, Archiepiscop. Moguntinus, ob. an. 1031. *Vide Sigeb. cap. 140.*

**Arlottus** DE RAINONE, Vicentinus, scriptor Hist. Vicentinæ.

**Arlotus**, Ordinis Minor. Magister Generalis, Etruscus, vix. an. 1290. Apud Fabric. ob. an. 1287.

**Arlunus** BERNARDINUS, Historicus. Vide *Vossium*.

**Arnaldus** ALBERTINUS, Majoricensis, Pacensis Episcopus.

**Arnaldus** DE VERDALA, Episcopus Magalonensis, ob. an. 1352. de *Episcopis Magalon.* tom. 1. *Bibl. Labbei* pag. 793.

**Arnaldus** DE VIA, Cadurcensis diocesis, Joannis XXII. nepos, Cardin. ob. an. 1338.

**Arno**, Archiepiscopus. Saltzburgensis, vix. sub Carolo Magno. *Edit. tom. 2. Canisii, et in Metropoli Salisburg.* tom. 2. pag. 484.

**Arnobius**, Afer, Siccensis, Rhetor, scribebat an. 297. vix. usque ad an. 326.

**Arnobius** Junior, vix. circ. an. 460. *Edit. Coloniae an. 1596. et in Bibl. Patr. tom. 8. pag. 203.*

**Arnoldus**, Altahensis Monach. scriptor Vitæ S. Godeharti. *editæ a Surio tom. 7. vix. an. 1030.*

**Arnoldus**, Carnotensis, Abbas Bonæ Vallis, vixit an. 1170. *Edit. an. 1609. et tom. 22. Bibl. Patr. pag. 1260. Vide Henr. Gandav.*

**Arnoldus**, Corbeiensis in Saxonia Monachus, vixit anno 1030.

**Arnoldus**, Lubecensis Abbas, Chronicon Slavorum Helmoldi perduxit ad Ottonem IV. Imp. *Edit. a Reineccio, ejusque Appendix ab Erpoldo Lindenbrogio in Hist. Slavica.*

**Arnoldus**, Archiepiscopus. Narbonensis, de Victoria ad Navas Tolosæ, anno 1212. *tom. 1. Ughelli pag. 191.*

**Arnoldus** DE ROTERODAMIS, seu de HOLLANDIA, Canon. Regular. vix. an. 1424.

**Arnoldus** DE VILLANOVA. Medicus, vix. an. 1305.

**Arnoldus**, Vogburgensis, S. Emerammi Monac. de Miraculis ejusdem Sancti, tom. 2. *Canisii p. 35. vix. sub Henrico IV. Vide Aventin.*

**Arnulfus** SAGIENSIS, tom. 3. Murat. Script. Ital. an idem qui mox *Arnulphus Lexoviensis?*

**Arnulphus**, Aretinus, Canonicus ac Diaconus; circ. an. 1080. scripsit Vitam SS. Floridi et Amantii, in *Cod. Naudæano 27.*

**Arnulphus**, Lexoviensis Episcopus. ob. 3. Aug. an. 1182. *Ejus Epist. editæ an. 1588. Vide tom. 2. Spicil. et post tom. 13. pag. 246. et tom. 22. Bibliot. Patr.*

**Arnulphus**, Monachus, Poeta. *Vide Sigebr. c. 157.*

**Arnulphus** A MONTE S. ELIGII. Canonic. Regularis ejusdem Monast. *Vide Valer. Andr.*

**Arsenius**, Leodiensis, S. Mariæ de Florentia Abbas, vix. an. 1442.

**Arvodolphus**, scriptor Vitarum aliquot Sanctor. circ. an. 1160. *Wicelius.*

**Asaphus** (S.), Episcopus, Britannus, vix. an. 590.

**Asclepiodotus**, Historicus, vix. sub Diocletiano. *Vide Vopiscum.*

**Asclepius**, Afer, Episcopus Vagensis, seu Baiensis, vix. an. 440. *Gennad.*

**Astesanus**, Ord. Minor. Theologus, vix. an. 1317.

**Astesanus** alter, Ordinis Minor. Theologus, vixit eodem sæculo.

**Astronomus**, qui vitam Ludovici Pii scripsit ab an. 776. ad 840. *Edit. a Pithæo, Duchesnio tom. 2. et tom. 6 novæ Collect. Hist. Franc.*

**Athelardus**, vel ADELARDUS, Bathonensis in Anglia Monachus, Mathematicus, vix. an. 1130.

**Athelstanus**, Angliæ Rex, ob. an. 939. *Hujus Leges habentur apud Bromptonum et Lambardum.*

**Atilius** FORTUNATIANUS, *edit. inter Grammaticos Putschii.*

**Atto** II. Episcopus Vercellensis, vix. an. 945. *tom. 8. Spicileg. pag. 1.*

**Auctus**, Florentinus, Vallis Umbrosæ Monach. scriptor Vitæ Bernardi Uberti Cardinal. etc. vix. sub Lothario II. circ. an. 1147.

**Audentius**, Episcopus Hispanus, *de quo Gennad.*

**Audoenus** (S.), qui et Dado, Archiepiscopus. Rotomagensis, auctor Vitæ S. Eligii, ob. anno 672. *tom. 5. Spicileg. pag. 147. 301.*

**Audradus**, Monachus, vix. sub Carolo Calvo, *tom. 2. Hist. Franc. 390. Vide Bibl. MSS. Labbei pag. 57.*

**Augustinus** (S.), Episcopus Hipponens. ob. 28. Aug. anno 430.

**Augustinus** DE ANCONA, qui et TRIUMPHUS dictus, Augustin. Archiep. Nazarenus, ob. anno 1328. *Edit. Romæ 1590.*

**Augustinus** PATRICIUS DE PICCOLOMINIBUS, in Hist. Conc. Basil. *tom. 13. Concil. Labbei.*

**Augustinus** DE ROMA, primus Cantuariensis Archiep. ob. an. 604.

**Augustinus** DE ROMA, Augustinian. Archiep. Nazarenus, ob. an. 1445.

**Avitus**, presbyter Hispanus, vix. circa ann. 418. *Gennad.*

**Avitus**, Viennensis Episcopus. ob. 5. Feb. an. 520. aut 521. *Edit. a Sirmondo et al. Adde eundem Sirmondum ad Ennod. pag. 67. tom. 5. Spicileg. pag. 110. Bibl. Labbei tom. 1. pag. 226. et tom. 1. Miscell. Baluz. pag. 355.*

**Avinus** KELDUS, Scotus, Episcopus electus, obiit an. 1298. *Demsterus.*

**Aunarii** Episcopi Epistola ad Stephanum Presbyterum, de scribenda S. Germani Episcopi Autisiodorensis Vita, in *Bibl. Sangerman. Cod. 633.*

**Aurelianus**, Arelatensis Episcopus. anno 550. *inter Epistolas tom. 1. Hist. Franc. in Regulis Monasticis Holstenii.*

**Aurelianus**, Clericus Remensis, Musicus, vix. an. 900. *Vide Sigebert. cap. 110. et Barthium l. 45. Advers. cap. 7. 21.*

**Aurelius** APOLLINARIS, Numeriani Imp. Vitam iambis scripsit. *Vopisc.*

**Aurelius** FESTIVUS, scriptor Vitæ Firmi Tyranni, vix. sub Aureliano. *Vopisc.*

**Aurelius** MACROBIUS, in Saturnalibus.

**M. Aurelius** OLYMPIUS NEMESIANUS, Carthaginensis Poeta, auctor Cynegetici, *editi a Pithæo, etc. vix. sub Caro Imp.*

**Aurelius** PHILIPPUS, scriptor Vitæ Alexandri Imp. *Vide Lamprid.*

**Aurelius** VERUS, scriptor Vitæ Alexandri Severi, *laudatur a Lampridio.*

**Aurelius** VICTOR, ab Andrea Schotto editus, vix. sub Constantio et Juliano Imp. *Vide eundem Schottum et Vossium.*

**Ausonius**, Burdegalensis, Consul Romanus, obiit circa an. 394.

**Autbertus** in Apocalypsim, *ex Bibl. alias Thuana.*

**Autbertus**, Abbas Casinensis, de Vita SS. Paldonis, Tatonis, etc. *tom. 6. Ughelli pag. 458. ob. an. 837. Kal. Mart. De aliis scriptis vide Paul. Diac. et J. B. Marum.*

**Autbertus**, cogn. AMBROSIUS, Abbas S. Vincentii ad Vulturum, ob. an. 778. *tom. 3. SS. Ord. Benedict. pag. 423. tom. 13. Bibl. Patr. pag. 403. Vide Sigeb. cap. 91.*

**Auxilius**, de Translationibus Episcoporum et Ordinationibus a Formoso PP. factis, in *Append. tom. 12. Annal. Baronii, apud Morinum, t. 17. Bibl. Patr. p. 1. Vide Sigebert. c. 112.*

**Azo**, Bononiensis, jurisconsult. vix. circa an. 1200. *Vide Fichard.*

**Azo**, vel Asso, Dervensis Monach. scriptor Vitæ SS. Bercharii, Frodeberti, etc. ob. an. 992.

**B**

**Bachiarius**, vel BACCIARIUS, vix. tempore S. Augustini, *tom. 6. Bibl. Patr. pag. 88. Vide Gennad. etc.*

**Bagarotus**, JC. vix. an. 1200.

**Balbus** MENSOR, *edit. inter Gromaticos.*

**Baldricus** Aurelianensis, ex Burguliensi apud Andegavos Abbate, Episcopus Dolensis; adeoque neutiquam in duos distrahendus, ut docet Fabricius, ob. an. 1131. *Ejus carmina, edita tom. 4. Hist. Franc. pag. 251. Adde Gest. Dei pag. 81. tom. 7. Spicileg. pag. 196. tom. 4. Bol. pag. 758. tom. 5. pag. 603.*

**Baldricus**, Noviomensis Episc. ob. ult. Maii. an. 1112. *Ejus Chron. Camerac. edidit Colvenerius. Vide tom. 8. Spicil. pag. 169.*

**Balduinus** DE AVENIS, vix. c. an. 1285. *Ejus Genealogiæ editæ tom. 7. Spicileg. pag. 584.*

**Balduinus** Imp. Constantinopol. ob. an. 1205. *Ejus exstant Epistolæ de Urbis expugnatione, apud Arnold. Lubecens. Innocentium III. Douremanum, etc.*

**Balduinus** DEVONIUS, Angl. Cantuariens. Archiep. ob. an. 1193.

**Balduinus** DE MARROCHIO. *Vide Sander. in Bibl. MSS. Belg. pag. 202.*

**Balduinus**, Ninivensis, Ord. Præmonstr. scripsit Chron. a Christo nato ad an. 1294. quo ipse obiit, MS. *Valer. Andr. Sander. pag. 22.*

**Balduinus** PADERBORNENSIS, Parochus, Histor. vix. anno 1418.

**Balduinus**, Sordensis Abbas, in *Bibl. Victor.*

**Baldus**, Perusinus, Jurisconsultus, ob. 28. April. anno 1400.

**Baltharius**, vel BALTHERUS, Seckinganus Monach. auctor Vitæ S. Fridolini, quam Notkero Balbulo inscripsit circa an. 900. *Vide Alamannica Goldast. tom. 2. pag. 195. tom. 6. Bol. pag. 433.*

**Banchinus**, Londinens. Monach. Theolog. vixit anno 1382.

**Banck**, in Taxa Cancellariæ Romanæ.

**Barberinus** in Documentis amoris cum glossis Ubaldini.

**Barducci** PETRUS DE CANIGARIIS, an. 1380. *tom. 11. Bol. pag. 959.*

**Barnabas** BRISSONIUS, de Verborum jurid. significatione.

**Bartholomæus** BREM, Angl. Philosoph.

**Bartholomæus**, Brixianus, Juriscons. et Histor. vix. an. 1240. ob. an. 1250.

**Bartholomæus** DE BRUGIS in Aristotelem, *ex Bibl. Victor.*

**Bartholomæus** CAPOVACENSIS, Patavinus, JC. vix. anno 1348.

**Bartholomæus**, Cartusiensis, vix. an. 1446.

**Bartholomæus** CASTELLUS, in Lexico medico a J. P. Brunone aucto. *Lipsiæ an. 1713.*

**Bartholomæus**, Cluniacensis, scripsit Sermon. *Sander. pag. 180.*

**Bartholomæus**, Duniacensis. *Vide Sander. in Bibl. MSS. Belg. part. 351. Leg. auctore Fabricio, Cluniacensis.*

**Bartholomæus** FACIUS, Genuens. Histor. vixit anno 1440.

**Bartholomæus** FLORARIUS, auctor Florarii, Angl. vix. an. 1420.

**Bartholomæus** GAETANUS, scriptor Historiæ Brixiensis, ob. an. 1404.

**Bartholomæus** GLALNVILLUS, cogn. ANGLICUS, Ordinis Minor. auctor libri de Propriet. rerum, editi, etc. vix. an. 1360.

**Bartholomæus** GRAUWISE, Anglus, Ord. Min. vix. circa an. 1360.

**Bartholomæus**, Iscanus, id est, Exoniensis Episcopus, ob. an. 1184. *Vide Pænitentiale Theodori edit. a Jac. Petito.*

**Bartholomæus** DE LUCA, in Chron. MS. ex Bibl. Vaticanæ Cod. 574. *Laudatur a Ghirardacco in Hist. Bononiensi l. 6.*

**Bartholomæus** NEOCASTRENSIS, Siculus, auctor Poematis quod *Messana* inscribitur, seu de Rebus a Petro Aragoniæ Rege in Sicilia adversus Carolum I. gestis. *Meminit Surita.*

**Bartholomæus**, Ordin. Minor. ob. 4. Novemb. circa an. 1380.

**Bartholomæus** OSA, Bergomensis, scripsit Hist. Romanor. Pontificum et Imper. vix. an. 1340.

**Bartholomæus** DE PISIS, Ord. Præd. de Casibus conscientiæ, in *Bibl. Victor.*

**Bartholomæus** ROQUACALLIUS, Carmelitarum Ordinis Magister Generalis, et Massiliensis Episcop. vix. anno 1433.

**Bartholomæus**, Ruræmundanæ Cartusiæ Prior, ob. 4. Id. Jul. an. 1446.

**Bartholomæus** DE SALICETO, JC. vix. an. 1390.

**Bartholomæus** DE S. CONCORDIO, Ordin. Prædicat. Pisanus dictus, ob. circa an. 1347. *Vide Sander. pag. 209.*

**Bartholomæus** SCRIBA, in Annal. Genuens. *tom. 6. Murat. Script. Ital.*

**Bartholomæus** DE TOLOMÆIS, scriptor Vitæ B. Luthesii, *Edit. tom. 11. Boll. pag. 597.*

**Bartholomæus** VICENTINUS, Ord. Prædic. vix. an. 1260. *Vide Leand. Albert.*

**Bartholomæus**, Episcop. Urbinensis, Augustinianus, vix. an. 1410. *Vide Cod. Reg. 428.*

**Bartholomæus** DE YANO, Ord. Min. *Vide Wadding. an. 1435.*

**Bartholus** DE SAXOFERRATO, JC. celebris, ob. anno 1355. ætat. 45.

**Basilus**, Ancyræ Episc. scripsit Latine contra hæreses, vix. sub Constantio. *Vide Socrat. lib. 2. cap. 30.*



Dominae compellantur ex usu filia regum nostrorum, contra quem usum Franciscus II, Britannia dux, eodem titulo filias suas donat anno 1488, in *Dominicellæ* 1.

Dominae nobilium uxores a maritis suis et matres plebeia a filiis suis appellatæ, in *Domina* 4.

Dominica prima Adventus, quæ a Natali Domini remotior est, nunc appellatur, olim dicebatur quarta, in *Adventus* 2.

Dominica Quadragesimæ, a qua in Ecclesia Occidentali ante sæculum IX abstinentia exordium ducebat; post, quatuor additi sunt dies, in *Carniprivium*.

Dominicani, unde dicti *Jacobitæ*, in hac voce, num. 2.

Dominici dies, Paschatis appellatione designati, in *Alba* 3.

Dominorum jus mutuo sumendi a subditis res ad victum necessarias, quale fuerit, in *Credentia* 6.

Domus Dei Parisiensis reliquias capellæ regiae, in quatuor festis annualibus, quo rex ea celebraturus

accedebat, deferre tenebatur; redivus ei ob id assignatus, in *Capella* 3.

Domus reorum, ipsis jam pœna vel morte mulctatis, diruebantur apud Francos aliosque, dehinc fisco addictæ fuerunt, in *Condemnare*, et *Hanot*.

Don, quando procerum nominibus præponi cœpit, in *En*.

Donationes quæ fiebant ecclesiis, quo solemniores essent, earum instrumenta super altaria ponebant, in *Altare*.

Dos de qua litigium erat, aut in foro ecclesiastico vel civili, pro mulierum libitu, ex regni consuetudine dijudicabatur, in *Dos* 2.

Duces cera rubra in sigillis suis utebantur, in *Sigillum* 1.

## E

Easterlingi, unde sic dicti, in *Adalungus*.

Eberhardus, Bambergensis episcopus, primus, quem sciam, se dixit episcopum *divina et apostolica miseratione*, in *Dei gratia*.

Ecclesia fundos libere acquirebat ante introducta adventitia feudorum jura in mutationibus, modo a rege literas *emunitatis* accepisset, in *Admortizatio*.

Ecclesia jus suum persequi poterat, etiam contra illos qui annum ætatis suæ 21 nondum erant assecuti; quod laicis ex consuetudine non licebat, in *Ætas plena*.

Ecclesia censebatur polluta seminis effusione, in *Reconciliari*.

Ecclesiæ consecrandæ ritus. Sine licentia regis aut domini terræ consecrari non debet, in *Dedicatio*.

Ecclesiæ parochiales vocatæ Abbatia et Abbatia, in *Abbas*.

Ecclesiæ episcopales, abbatialesve inter bona laicorum ita censitæ, ut ab iis, veluti propria, etiam mulieribus, concederentur, in *Ecclesia*.

Ecclesiæ bonorum invasores, direptores et vastatores, quo ritu anathemate percussi, imprecandi in eos formulæ, in *Abominatio* 3, *Clamor* 2, et *Reliquiæ* 1.

Ecclesiam non licet episcopo consecrare, nisi sufficienter dotatam, in *Dos* 4.

Ecclesiam ingredientiæ gladium deponebant, in *Gladus* 4.

Ecclesiam ingredi mulieribus, nisi velatis, non licebat, in *Dominicalis*.

Ecclesiarum asyla et immunitates, in *Dextri*, et *Pax*.

Ecclesiarum territorium consecrandi singularis ritus apud Anglos, in *Evangelium*.

Ecclesiarum regalia seu majora dominia apud Gallos et Anglos, Baronia appellatur, in *Baro*.

Ecclesiarum tuitio et custodia ad regem et barones pertinet, in *Warda*.

Ecclesiasticæ jurisdictionis violatores, quomodo mulctati, in *Jurisdictio*.

Ecclesiis, non earum episcopis, concessum jus cudendæ monetæ, in *Moneta*.

Eginhardi cum Carolo Magno cognationis gradus, in *Neptitas*.

Energumenos cognoscendi atque a dæmone liberandi ritus, in *Obsessus*.

Enses regii peculiari interdum nomine donati, in *Curtana* 1.

Ensis solemniter a Romano pontifice benedictus alicui principi regive datur aut transmittitur, in *Benedictio*.

Ephippii nulla fere occurrit memoria ante Valentinianum imperatorem: iis uti turpe erat apud Suevos, in *Sella* 2.

Epiphaniæ festum Armenis dicitur *Baptisterium*, in hac voce. Eo die reges nostri aurum, thus et mirram ad altare offerre solebant, in *Offerre*.

Episcopi electionem, inconsulto principe, inire fas non erat, et, si facta esset electio, regius requirebatur assensus, in *Preces* 3.

Episcopi ex consilio et assensu advocati ecclesiæ eligebantur, in *Advocati*.

Episcopi electi quæ futura esset episcopatus administratio, per inspectionem sacrorum Librorum, præcipue Evangeliorum, olim inquirebatur, in *Sors* 2.

Episcopi, cur diebus Dominicis ordinentur, in *Ordo* 3.

Episcopi, Patriarchæ et Metropolitanæ recens creati, per epistolas ad Romanum pontificem fidei suæ doctrinam profitebantur, in *Synodica*.

Episcopi fidelitatem regi, non homagium præstant, et qua de causa, in *Fidelitas*.

Episcopi prædia in manum mortuam transferre possunt, modo id *caritative* et absque pecunia fiat, in *Admortizatio*.

Episcopi vetantur in monasteriis ordinationes facere, nisi ab abbatibus fuerint requisiti, in *Cathedra*.

Episcopi, Baronum nomenclatura donati, in *Baro*.

Episcopi appellati Domini, non addita dignitatis denominatione, in *Dominus* 3. Domini titulo una cum summo Pontifice donantur, in *Domnus*.

Episcopi se presbyteros inscribunt, etiam in sequioribus sæculis, in *Presbyter*.

Episcopi et Abbates eundi in exercitum obligationi, nisi speciali privilegio ab ea exempti essent, obnoxii ex regalibus, in *Hostis* 2.

Episcopi in partibus Infidelium quando instituti, in *Episcopi*.

Episcopo non licet in aliena diocesi oratorium aut ecclesiam consecrare, in *Cruce*.

Episcoporum jus in testamenta, quo primum ad pia opera utebantur, dehinc aliqui eo abusi sunt, in *Testatio*.

Episcoporum degradatio baculi episcopalis fractione fiebat, in *Baculus* 1.

Episcopus qui solemnem missam celebravit, primates ex clero qui ei ad altare inservierunt, convivio excipere solet; unde hic usus, in *Nomenclator*.

Episcopus, alterius episcopi Capellanus et Vicarius inscribitur, in *Episcopus*.

Episcopus Innocentium, in *Kalendæ*.

Epistolæ amatoriaræ, unde *Poulets* nuncupatæ, in *Polyptychum*.

Equus in mortuorum exsequiis offerendi ritus, in *Heriotum*.

*Escorcheurs*; unde sic appellatæ quædam apud nos militum turmæ, in *Estorchera* et *Scoriarii*.

*Estrée* (Domini d'), senescalli comitum Bononiensium, in *Senescalculus*.

Eubæenses seu Nigriponti domini sese inscribebant Duces Agiipelagi, in *Agiopelagus*.

Eucharistia, quæ nunc in os fidelium inseritur, hanc olim de manu sacerdotis manu sua accipiebant, in *Pars*. Purgatio per *Eucharistiam* clericis et laicis communis, in *Eucharistia*.

Eudo, dux Franciæ, seu potius Aquitaniæ, filiam suam Munuzæ, ex Maurorum gente, in uxorem dat, in *Austria* 1.

Examen ad crucem, qua ratione fieri solitum, in *Cruce*.

Excæcatio, poena in reos decreta apud veteres et recentiores. Excæcandi modus per ferrum candens, aut pelvim ferream vel æneam, aut alia ratione, quam antiquus, in *Abacinare* et *Plebotomare*.

Excommunicati, ut Ecclesiæ satisfacerent, variis modis, etiam a iudicibus laicis, cogebantur, in *Excommunicatio*.

*Excommunicatio* jurene an injuria ab archiepiscopo lata fuerit, judicant diaconi vel presbyteri, in hac voce.

Excommunicatione interveniente, duellum statutum differebatur; neque idcirco causa cadebat excommunicatus, in *Duellum*.

Excommunicatorum corpora ubivis sepelire, præsertim in sepulcris lapideis velitum: eorum cadavera, nisi mortui absolverentur, indissolubili compage perdurare creditum, in *Imblocatus*. Ritus absolvendi excommunicatos post mortem, in *Absolutio* 1, et *Cumba* 4.

Excubiæ fiebant in ecclesia Parisiensi ab officariis episcopi in festo Assumptionis B. M., in *Circa* 3.

Exemptionum a jurisdictione episcopali abusus, in *Monasteria*.

Expositi infantes illius erant qui eos colligebat: sale intra pueriles fascias deposito, innuebant ipsos baptismum non suscepisse, in *Collectus* et *Sal*.

Exsequiæ solennes celebratæ pro homine qui iis vivus intererat, in *Funeralia* 1.

Exsequiarum agendarum ratio et modus, in *Heriotum*.

Extremam-Uncionem administrandi varii ritus. Vulgi circa illud sacramentum opiniones, in *Extrema-Uncio*.

## F

Femina primum suspendio damnata anno 1414. in *Fossa* 1.

Feneratorum vivorum et mortuorum poena, in *Usurarii*.

Fenestris ædium eorum qui in hastiludiis decertaturi erant, insignia armorum aptabantur; qua de causa, in *Fenestragium*.

Fenestris amicæ astare, et ibi nocturnos concentus facere, antiquus amantium mos, in *Fenestrare* et *Matinata*.

Festa anni præcipua, Paschatis vocabulo nominabantur, in *Alba* 3.

Festus dies in honorem Bacchi institutus a Romanis VIII kal. Dec.; quare dictus *Bruma*, in hac voce.

Feudalia servitia, plurima dominorum utilitati, quædam honori tantum, nonnulla risui aut ipsorum oblectamento conducebant, in *Servitium*.

Feudalis domini jus in bona subditorum defunctorum, in *Abbadia* 1.

Feudum Commendare, quid significet, in *Commenda* 3.

Fides altare complectendo asserebatur, in *Altare*.

Filiorum in patres reverentia, cum ad eos accedebant, in *Salutatoriæ epistolæ*.

Filius adoptivus, qui nunc Filiolus, cui in signum veluti adoptionis legitimæ munus aliquod a patrino conferebatur, in *Adoptari* et *Filiolus*.

- Flagellationis cum virgis usus apud monachos in *Disciplina, et Scopæ*.
- Flandriæ comitatus, Monarchiæ titulo insignitus, in *Monarches*.
- Flavius Gioia, civis Amalphitanus, auctor Pyxidis Nauticæ, secundum quosdam; alii id acceptum Francis referunt, in *Pyxis*.
- Forcalcariensis Oppidi etymon, quasi Furnum calcarium, in *Calx*.
- Fori ecclesiastici usurpationes, in *Curia Christianitatis*.
- Franci ob capillorum colorem nuncupati *Flavi*, in hac voce.
- Franci milites armati incedebant, in *Arma 1*.
- Francigenæ* qui dicantur Anglis, Belgis, Germanis et Italis, in hac voce.
- Francis antiquus est baltheorum alborum usus, in *Escharpia*.
- Franciscanorum domus prope Andegavum, unde *Baumette* appellata, in *Balma 1*.
- Francisci (S.) nomine consecratum altare anno 32 post ejus mortem a S. Ludovico, rege Francorum. Ejusdem appellationis origo, in *Franciscus 2*.
- Francisci Borbonii, San-Paulani comitis, dicerium in ducem Guisium, in *Princeps*.
- Francofurtum, unde nomen habet, in *Forda*.
- Francorum imperium, quam late olim sese diffudit, in *Francia*.
- Francorum mores, in *Franci 2*.
- Francorum varia armorum genera extremis sæculis, in *Armatura 2* et *Spatha 1*.
- Francorum ratio annos computandi, in *Annus*.
- Francorum reges inscribuntur Abbates S. Aniani Aurel. S. Hilarii Pictav., S. Martini Turon., S. Mauri Fossat. et ad Ligerim, S. Victoris Paris., in *Abbas*.
- Francorum reges dicuntur Advocati ecclesiæ Romanæ, in *Advocati*.
- Francorum reges Basilei appellatione donati, quam iis postmodum invidere imperatores CP., in *Basileus*.
- Francorum reges cur appellati *Philippi*, in hac voce, num 2.
- Francorum reges semel per seipsos, seu personaliter, jurant, quando scilicet inaugurantur et coronantur; in cæteris vero occasionibus, in quibus solemniter quidpiam subditis pollicentur, id *verbo regio* firmant, in *Juramentum*.
- Francorum regum coronatio, Benedictio nuncupata, in *Benedictio*. In ea porrigebatur illis palma, una cum sceptro, in victoriæ adprecaationem, in *Palma 1*.
- Francorum reges quotannis a proceribus et subditis dona et xenia accipiebant, a quibus ne quidem monasteria eximebantur, in *Campus 9*, et *Donum 2*.
- Francorum regum, primi et secundi stemmatis, vestitus ornatusque explicantur ex tabellis Lotharii et Caroli Calvi imperatorum, in *Armigeri*. Vide præterea in *Capilli* et *Criniti*.
- Francorum regum prærogativæ in rebus spiritualibus a Romanis pontificibus iis concessæ, in *Privilegium 2*. Ea præsertim notatu digna qua iis indultum est, ut ipsorum eleemosynæ loco sint restitutionis, in *Eleemosyna 1*.
- Francorum regibus Catholici nomen prius inditum quam Hispanicis, quibus primum ab Alexandro VI PP. concessum est, in *Catholicus 1*. Quando vero Christianissimi titulus iis peculiari jure attributus, in *Christianitas*.
- Francorum regum ministri, aut quivis ex familia regia, non debent, inconsulto rege vel ejus senescallo, excommunicari, in *Excommunicatio*.
- Francorum reges nulli subdito homagium faciunt; sed aut vassallum, qui illud suo loco præstet, exhibent, aut de homagii compensatione paciscuntur, in *Hominium*.
- Francorum regis filius clientis professionem præstat episcopo Pariensi, in *Hominium*.
- Fraxineti castri, quod tenuerunt Sarraceni Afri, Marrones appellati, situs, in *Marrones*.
- Frugalitas mensarum etiam regiarum, in *Frugalitas 1*.
- Fulco, comes Andegavensis, unde cognominatus *Rechinus*, in hac voce.
- Fumo caponis census persolutus, in *Census*.
- Fundatores ecclesiæ vel monasterii qui fuerint dicti, in *Fundare*.
- Funus, qua ratione olim curabant, in *Bardicatio*.
- Furta domestica severius punita, in *Latro*.

## G

- Galatæ, quare Buccellarii dicti, in *Buccellarius*.
- Galli veteres Circium ventum pro Deo habebant, in *Circius*.
- Galli ab Anglis non videntur accepisse usum balistarum, in *Balista*.
- Galli appellatio olim male accepta, in *Gallinatus*.
- Gallicanæ urbanitatis usus, in *Carrerria 1*, et *Pes*.
- Galliciæ et Legionis reges Maurorum regibus, tributivice, quotannis mittebant 100 puellas, 50 nobiles et 50 plebeias, in *Burdatio*.
- Gallina Indica, unde sic appellata, in *Africana*.
- Gallorum veterum aliarumque nationum in arbores et lucos religio, in *Arbor 1*.
- Gallus gallinaceus, cur in summitate campanariorum imponitur, in *Campana 2*.
- Gaufridus II, dominus Pruliaci, a quo comitum Vindocinensium series profluxit, institutor *Torneamentorum*: eorum leges et instituta, in *Torneamentum*.
- Gauzlini, archiepiscopi Bituricensis, dies obitus asseritur, in *Fenestra 4*.
- Gelasius PP. potius emendator quam auctor Sacramentarii, quod sub ejus nomine fertur, in *Sacramentum*.
- Genuenses in vibrandis jaculis maxime industrii, in *Dardus*.
- Genuensium legatus apud imperatores CP. titulo Potestatis donatur, ut et alias Venetorum, qui nunc Bajulus dicitur, in *Potestas*.
- Germanorum annos computandi ratio, in *Annus*.
- Gibelinorum et Guelforum factionum origo et appellationis ratio, in *Gibellini*.
- Gismans*, Forojuliensis provinciæ familia, unde nomen habet, in *Dienismannus*.
- Gladium per mucronem tenere, signum deditiois, in *Gladius 4*.
- Gladius qui in regum Angliæ coronatione præfertur, quare cuspide acieque retusus, in *Curtana 1*.
- Gloria in excelsis Deo, quis illius auctor; quando in usu esse cœpit; ad Matutinas decantatum, in *Hymnus*.
- Goffridi* vel Geofridi nomen ridicula acceptione usurpatum, in hac voce.



Goffridus, comes Andegavensis, unde cognominatus Grisagonella, in *Gunna* 1.  
 Colain (Joannes), theologiæ professor, ordinis B. Mariæ de Carmelo, plurium variorumque librorum et actorum interpretationibus celebris, in *Translator*.  
 Gothorum reliquiæ putantur *Cagoti*, in hac voce.  
 Goulettæ Africanæ etymon et notio, in *Colax*.  
 Gradus cognationis et affinitatis intra quos matrimonium contrahi velant canones, et agnatio computatur, in *Generatio*.  
 Græci Byzantini, et præsertim ipsi Augusti, cum ex Latinorum gente uxores sibi adsciscerent, earum nomina mutabant: hinc Agnes, Ludovici VII filia, Alexii Comneni uxor, Anna nominata est Hujus moris ratio, in *Nomen*.  
 Græcorum annos computandi modus, in *Annus*.  
 Granaria salis instituit Philippus VI, rex Francorum, in *Gablum*.  
 Grandimontensium conversorum insolentia, in *Barbatus* 1.  
 Grangia, quæ Parisiis vulgo perperam *Batelliere* dicitur, unde nomen habet, in *Batailliatu*.  
 Gregorius Magnus (S.) artem sutoriam exercuisse dicitur, in *Feræ* 2. Sacramentarium, quod illi adscribitur, sitne genuinus hujus pontificis foetus, jure vocatur in dubium, in *Sacramentum*.  
 Grimaldæ gentis mentio fit, in *Marrones*.  
 Grohan, nomen castri prope Andegavum, a Cæsare, ut fertur, exstructi, in *Groa* 2.  
 Gronaw in agro Brunsvicensi, Groningæ in Frisia, et Gruningæ in episcopatu Halberstadensi, nominis origo, in *Gronnosus*, sub *Gronna*.  
 Gubernatorum provinciarum apud nos munus, in *Lociservator*. Cum primum commissam sibi adibant provinciam carceribus detentos liberabant, in *Adventus jocundus*.  
 Guesclinus militarium turmas, quæ Franciam devastabant, in Castiliam traduxit, in *Compagnia*.  
 Guido Aretinus diagrammatis musici auctor, in *Gama*.  
 Guido de Levis, titulo Marescalli fidei a vulgo donatus, quod pro fide catholica contra Albigenses militaret, in *Marescalcus*.  
 Guillelminæ mulieris famosissimæ errores et deliramenta, in *Guillelminæ sectarii*.  
 Guillelmus Rogerii, regis Siciliæ filius, cognomine *Mal-Guillelmus*, in hac voce.  
 Guillelmus abbas Fiscamnensis, ob decorem cognominatus *Puella*, in hac voce.  
 Gundibaldus quidam e Græcia profectus, Chlotarii regis se filium mentitur, in *Ballomer*.  
 Guntrannus rex Chundonem, cubicularium suum, qui bubalum venando in Vosago occiderat, capite damnavit, in *Foresta*.

## H

Halberstadiensis pœnitens publicus, in *Adam*.  
 Halex. Hac voce tres pisciculorum, qui sale condiuntur, species indicantur, in *Aleciun*.  
 Hallis pia societas, unde hujus sodales Fratres Kalendarum nuncupati, in *Frater*.  
 Hannonia, nomine Lotharingiæ aliquando appellata, in *Sigillum* 1.

Hastiludia octavo ineunte sæculo obtinuerunt, in *Nundinæ*. Tirones qui in iis probe se non gesserant, baculis excipiebantur, in *Baculare*.  
 Heliæ prophetæ qualis fuerit habitus ex Carmelitis, in *Barrati*.  
 Henricus I, rex Francorum, Victoriosissimi titulo insignitus, in *Victoriosus*.  
 Henricus, comes Campaniæ, cognomento *Largus*, in hac voce.  
 Hiberni, Scotorum appellatione sæpius designati, in *Erigena* et *Scoti*.  
 Hibernorum illustrium cognominibus vox Map alias, hodie Mac vel O, præponi solet; hujus significatio, in *Mepe* et *O*.  
 Histicis ordo equester a Carolo Aurelianensi et Vadensi duce institutus, in *Camelaucum*.  
 Hollandiæ comites, appellati Tutores, in *Tutor* 2.  
 Homagiorum variæ conditiones et ceremoniæ, in *Hominium*.  
 Homagium, quod domino flexis genibus præstari debet, ipsius procuratori stando exhibetur, in *Hominium*.  
 Homagium pro officiis et dignitatibus ecclesiasticis aliquando episcopis præstitum, in *Hominium*.  
 Homicida olim apud Benearnenses et Bigorritanos vivus sub cadavere illius quem occiderat sepeliebatur, in *Sepeliri*.  
 Homicidii pœna in bestias quæ hominem interfecerant solemnè judicio ad hanc fere usque ætatem decreta, in *Homicidium* 1.  
 Honesti Barba appellatus Balduinus IV, comes Flandriæ, in *Barba*.  
 Horologii quod rotis, ponderibus, libraminibus ac campanulis constat, quis inventor, in *Horologium* 2.  
 Hospitale S. Gervasii ptisaram infirmis subministrare debet, in *Tisana*.  
 Hospitalitatis reliquiæ, in *Manducare* 1.  
 Hospitalandi juris, in ecclesiarum et monasteriorum domibus aut prædiis, quantum reges studiosi, tantum, quando ab eo immunes erant ecclesiastici, id præstare tenacius recusabant, in *Gistum*.  
 Hostiæ sacræ apud Divionem et Parisios celebres, in *Hostia* 1.  
 Hugonis nomen pro stolido et inepto acceptum, in *Hugo*.

## I

Jacobus, idem alias nostratibus atque rusticus et stolidus. Factionis olim celeberrimæ, sub eadem appellatione, dux et auctores, in *Jaqueti*.  
 Jejunium duplex, in quo positum: quinam illud observaverint et quam ob causam, in *Superpositio* 3.  
 Ignes accensi in vigilia nativitatis S. Joannis Bapt. unde ortum habent, in *Nedfri*.  
 Ignis sacri morbus, quantum olim in Gallia invaluerit, in *Ardentes*.  
 Immaculatae Conceptionis adversarius super nates publice vapulat, in *Antiphona* 1.  
 Immersio trina in baptismo usum obtinuit usque ad nostra fere tempora, in *Baptismus*.  
 Imperator coronatus jus habet in omnibus cathedralibus ecclesiis atque etiam monasteriis per totam Germaniam unum canonicum vel monachum pro arbitrio nominandi, in *Preces* 3.



Imperatores in ambone ecclesiae coronabantur, in *Ambo*. In cujus ceremoniae Missa diaconorum vestibus induti Evangelium cantabant, in *Evangelium*. Triplici corona donantur imperatores Germanici, in *Corona*.

Imperatores Occidentales, titulo Advocati Ecclesiae Romanae inscribuntur, in *Advocati*.

Imperatores, quinam ex principibus compellati, in *Imperator*.

Imperatorum imagines vel statuæ, quæ in provincias mittebantur, quomodo a populis exceptæ, in *Lauratum*.

Incendium avertere putabant veteres in ostio domus quædam verba inscribendo, in *Arse verse*.

Induciæ juridicæ per noctes, non per dies, dinumerabantur, in *Collocare*.

Infans in utero materno adhuc existens baptisari potest, in *Baptismus*.

Inferni porta Parisiis, olim dicta de Ferto, dehinc S. Michaelis, qua de causa, in *Fertum* 4.

Innocentium cœmeterium jussu Philippi Aug. muris cinctum, et qua occasione, in *Cœmeterium*.

Innuptorum erga nuptos alias reverentia, in *Dimentiri*.

Inquisitionis nomen tum primum in Gallia auditum est cum Valdensium hæresis eam inficere inceperat: contra Lutheranos et Calvinistas etiam instituit Franciscus I; quibusnam id officii commissum fuit; eorum usurpata jura nan semel coercita, in *Inquisitores*.

Insignia inusitata, aut etiam aliena, nonnumquam in præliis deferebant exercitus duces, in *Cognitiones*.

Insulensis societatis celeberrimæ, sub nomine *de l'Espinette*, institutio, statuta et abrogatio, in *Spinetum*.

Interpunctiones in scriptione, quando certis regulis circumscriptæ, in *Punctare* 1.

Introducendis ad imperatorem hominibus præfecti, eorum officia, in *Admissionales*.

Joannes XIX, PP., cognominatus *Phasianus*, in hac voce.

Joannes Boucicaut, auctor ordinis militaris, pudori fortunisque nobilium feminarum tuendis potissimum instituti, in *Pulchræ*.

Joannes Presbyter, quis fuerit, ejusdem epistola ad Emanuelem imperatorem, in *Presbyter*.

Joannis nomen, diu est quod apud nostrates male audit, in *Joannes*.

Joinvillæ domini, an jure hæreditario senescalli comitum Campaniæ, dubium est, in *Senescalcus*.

Italorum annos computandi ratio, in *Annus*.

Itineraria spatia lapidibus Gallos distinxisse ante Romanorum invasionem probabile est, in *Leuca* 1.

Itinerum quæ a nostris *Chemins de Brunehaut* appellantur, unde nomen, in *Via* 1.

*Jubilæi* nomine, quid apud religiosos intelligatur, in hac voce.

Judæi, Galli castrati ob circumcisionem appellati, in *Capus* 2.

Judæorum annos computandi ratio, in *Annus*. Eorundem apud Armoricos aliosve conditio, in *Cagoti*, *Colaphus*, et *Judæi*.

Judex a cujus sententia appellabatur, si ex odio vel lucro judicasse appellans criminaretur, cum illo duellum inire tenebatur, in *Appellatio* 1, et *Falsare* 4.

Jurare per Canem ad initum foedus firmandum; quod

ruptum esse mittendo etiam canem significabant, in *Canis*.

Jus quod ecclesiae debetur, cum quis decedit, a nonnullis parochis exigebatur ab iis qui vitam monasticam amplectebantur, ut qui in sæculo haberentur pro mortuis, in *Mortuarium* 1.

Jus Applicationis, quid apud Romanos sonabat, in *Commendatus*.

## L

Lac, loco aquæ, adhibitum in Hibernia ad baptisandos divitum et magnatum infantes, in *Baptismus*.

Laici ægrotis sacram Eucharistiam deferebant, cum parochus aut presbyter infirmus vel absens erat, in *Eucharistia*.

Laicus, imminente mortis periculo, alterius confessionem audiebat, quam dehinc referebat ad sacerdotem, a quo injunctam pœnitentiam pro defuncto peragere tenebatur, in *Confessio* 3.

*Lampreda* in ecclesia Carnotensi quid sit, in hac voce.

Lancea qua perforatum est latus Christi, ubinam extat, in *Lancea*.

Lapides cærulei, vulgo *ardoises*, veteribus incogniti, in *Ardesia*.

Lapilli jactu opus inchoatum prohibebatur, in *Nuntiatio*.

Larvæ prolixioribus barbibus et formæ insolentis instructæ, in *Barbator*.

Laternarum cornearum usus antiquissimus: militarium vero inventor Manuel Comnenus imperator, in *Laterna*.

Latronis pœna insolens, in *Latro*.

Laus perennis a Græcisne an a Latinis instituta, ejusque ritus, in *Acoemeti*.

Lecto, loco sedis, cum abbatissa S. Petri, quam annulo donabat, desponsantis ad instar, accumbebat Pistorii episcopus, in solemnem ejus in urbem ingressu, in *Annulus*.

Lecto decumbentes, qui certo die in anno inveniuntur, pignore in computationem insumendo multati, in *Pentecoste* et *Prisio* 3.

Lectos plumæos Anglis interdixit Henricus V, rex Angliæ; cui et animus erat, si regnum Franciæ obtinuisset, vini usum Francis auferre, in *Plumacium*.

Legati apostolicæ sedis crucem præferunt ex concessione Romanorum pontificum jam a sæculo nono, in *Cruce*.

Legionarii Galli, cur Alaudæ vocati a Cicerone, in *Alauda*.

Legitimandi filios natos ante matrimonium modus; ipsos scilicet inter nuptiarum sacra solemnia cum patre et matre pallio cooperiendo; unde hic ritus, in *Pallium* 1. et *Mantellatus*.

Legitimitas ab Anglis admissa, quantum ad gradus ecclesiasticos; repudiata quoad successionem in bona paterna. Singulare legitimationis apud nostros exemplum, in *Legitimare*.

Lemovicensium comitum moneta, in *Barbarini*.

Lenæ et meretrices Abbatissæ nuncupatæ, in *Abbas*. Earundem pœna, in *Capilli* et *Maquerella*.

Lenonum pœna, in *Accabussare*.

Leo IV, PP. auctor *Commendarum* dicitur, in *Commenda* 3.

Leomanie vicecomitum moneta, in *Arnaldensis*.  
 Lepræ morbo infecti, ab hominum consuetudine multis cum ceremoniis ecclesiasticis segregabantur, in *Leprosi*.  
 Lepræ curandæ remedium, in *Miselli*.  
 Liardus, monetæ minutioris species, unde dicta, in *Miliarensis*.  
 Liberi post divortium nati illegitimi spuriique censentur, in *Decevisset*.  
 Libertatis concedendæ varii ritus, in *Manumissio*.  
 Libri sacri in lingua vulgari cum laicis tum clericis prohibentur, in *Romanus*.  
 Ligna, quænam mortua reputentur, in *Boscus*.  
 Linguae abscissione, facultas loquendi non adempta, in *Spingere 2*.  
 Litanie publicæ, Cruces appellatæ, in *Cruz*.  
 Literæ regiæ, edicta aut statuta regia in acta parlamenti primum relata anno 1356, in *Homologare*.  
 Locus in ecclesia ubi stabant viri separatim a mulieribus, in *Pars*.  
 Londinenses cives, Baronum appellatione donati, in *Baro*.  
 Longobardici scriptores solent nomina quædam masculini generis, per *ora* in plurali feminini efferre, in *Arcora*.  
 Lotharius, rex Francorum, Orthodoxi titulo insignitus, in *Orthodoxus*. Piissimus etiam cognominatus, in *Pius 2*.  
 Ludendo dejerantium pœna, in *Accabussare*.  
 Ludovicus; hujus nominis etymon, in *Hlutowigch*.  
 Ludovicus VI Vilcassinensem comitatum comparat, a quo auriflamma in bellis cœpit præferri, in *Auriflamma*. Victoriosissimi titulo insignitus, in *Victoriosus*.  
 Ludovicus VII communias primus multiplicavit et auxit, in *Commune 2*. Piissimi nomen obtinuit, in *Piissimus*. Rosa aurea illi missa a summo Pontifice, in *Rosa*.  
 Ludovicus VIII, Leo mitis cognominatus, qui vulgatus Cor Leonis dicitur, in *Leo*. *Monpensirius* etiam nominatus, in hac voce.  
 Ludovicus X, quare dictus *Hutinus*, in hac voce.  
 Ludovicus XI, in hastiludio Insulis habito contra Balduinum *Gommer*, tunc regem *Spineti*, dimicat, in *Spinetum*. Virtuosissimi titulo donatus, in *Virtuosus*. Ejusdem superstitio, in *Baptismus*.  
 Lunæ deficienti seu eclipsim patienti olim ex superstitione acclamabant tinnitumque dabant, quasi illi succurrerent, in *Viceluna*.  
 Lupanaria publica Parisiis certis ac designatis in locis, in *Gynæceum*.  
 Lupi cervarii, unde sic appellati, hominibus innocui, in *Moninus*.

## M

Maga. Quo nomine Gothi veteresque Germani magas suas vocabant, in *Airaunæ*.  
 Magia. In solo crimine maleficii seu magiæ hæsit tandem examen per aquam, maxime in quibusdam Germaniæ regionibus, in *Aquæ frigidæ judicium*.  
 Magistri Requestarum, etiam Dominica die officio suo fungebantur, in *Dominica*. Eorumdem officium, in *Magister*.

Magni consilii institutio a Corolo VIII, anno 1497, in *Consilium 2*.  
 Magnus Magister hospitii regis senescallo successit, in *Senescalcus*.  
*Maheutre*, vocis Gallicæ, origo, in *Maheria*.  
 Maialem arborem in compitis et ad ædes puellarum erigendi usus; a quo repudiabantur corylus et sambucus, in *Maium*.  
 Majestatis titulus honorarius, quibusnam datus, in *Majestas*.  
 Maio mense superstitiose feriari solebant veteres Galli, in *Compensus*. Sequiori ætate, quomodo celebratus dies primus hujus mensis, in *Maium*.  
 Major ætas, in *Aagiatus*.  
 Majores-Domus, sub prima regum Francorum stirpe, *Subreguli* appellabantur, in hac voce.  
 Maledictis horrendis Chartarum auctoritati olim cavebatur, in *Charta 1*. *Excommunicatio* et *Maledicere*.  
 Maleficiis ne uterentur pugnam seu duellum initari sedulo invigilabant, in *Duellum*.  
 Mallei vel Martelli cognomine appellati quidam viri fortes, qui crebris præliis hostes atterebant, in *Martus*.  
 Manducare super saccum in aula regis, quid significet, in *Mangerium*.  
 Manus Loquax, quid hac voce intelligendum est, in *Signum 9*.  
 Manutergio codices quos ad legendum accipiebant monachi, involvere solebant, in *Armigeri* et *Camisia*.  
 Mappam scindere et dividere alicui ad mensam sedenti, opprobrio reputabatur, in *Mensa*.  
 Marcelli, urbis Parisiorum præfecti, rebellio et facinora, in *Bonus*.  
 Marchiæ comes in regem Neapolitanum, sub nomine Jacobus, electus; dehinc a subditis in carcerem detrusus, in *Portulani*.  
 Marescalli dignitas una cum certis officiis, iisque potioribus, possideri non poterat, in *Marescalcus*.  
 Marescallorum, seu Senescallorum, in Francia erat primam aciem ducere, in *Antegarda*.  
 Mare Waregicum, unde Russis dicitur Mare Balthicum, in *Vargi*.  
 Mariti qui a sua vapulabat uxore pœna; cui absentibus subrogabatur ejus proximior vicinus, in *Asinus 3*.  
 Martigii festum spurcum et sordidum, quod *Destrau* vocabant, in *Brut 1*.  
 Martinus, Jurisconsultus celebris sub Friderico I; ab ejus pertinacia in sua opinione tuenda manavit notum proverbium, in *Martinus*.  
 Martyres interdum dicti qui pro confessione nominis Christi non violenta morte obierant, in *Martyr*.  
 Maryandi, quare *Buccellarii* dicti, in *Buccellarius*.  
 Massiliensium inhumanus usus, cum peste affiebantur, in *Pestilentiatus*.  
 Mater Fatua Divionensium, in *Abbas*.  
 Mathuringorum ordo, cur Asinorum cognominatus, in *Asinus 2*, et in *Frater*.  
 Matisconensis cantor in contrahentes matrimonium jura restricta, in *Marcheta*.  
 Matrimonii Sacramento gratia non confertur; ejus benedictio iterari non debet, in *Matrimonium*.  
 Matrimonium si puella contrahere offerret cum capite damnato, eum a morte liberabat, modo literæ remissionis a rege concederentur, in *Matrimonium*.  
 Matrimonium contractum esse putarunt, cum partes nomine matrimonii ad invicem biberant: unde

- natum proverbium: *Boire et manger, coucher ensemble, c'est mariage, ce me semble*, in *Potare*.
- Matrimonium dirimitur, cum unus conjugum probatur inhabilis ad actum matrimonii, in *Matrimonium*.
- Matthæus Vindocinensis, Abbas S. Dionysii, Clypeus Franciæ appellatur, in *Clypeus 1*.
- Matutinum seu nocturnum officium, in Ecclesia Parisiensi, media nocte dicitur ex statuto capituli anno 1359, in *Carillonus*.
- Maubergeon*, turris in urbe Pictavensi, appellationis origo, in *Malbergium*.
- Mauri Africani, quare dicti *Amoravii*, in hac voce. Unde apud Hispanos appellati *Marani*, in hac voce.
- Mauri a Vandalis devicti, in Sardiniam cum uxoribus et liberis ablegati, in *Barbaricini*.
- Media-Quadragesima ad Dominicam quartam Quadragesimæ assignatur, in *Dominica*. Hanc celebrandi usus inter scholares antiquus, in *Quadragesima*.
- Medicæ genti insignia Franciæ concedit Ludovicus XI, in *Liliosus*.
- Medici vocati *Clinici*, in hac voce.
- Medicinæ studium Montispessulani celeberrimum; huic scientiæ operam aliquando dederunt clerici et monachi, quæ sæpius tamen iis fuit interdicta, aut saltem ejus exercitatio, in *Physica*.
- Mediolanensium ducum moneta, in *Ambrosini*.
- Mendacii exprobratio gravi multa puniebatur, in *Mendaciloquus*.
- Mensium dies numerandi ratio, in *Mensis*.
- Mensurarum aridorum et liquidorum adæquatio ad mensuram Parisiensem, in *Modius 2*.
- Mercatorum Italarum in urbe Nemausensi degentium privilegia, in *Langobardi*.
- Meretrices, unde *femmes de chemins* et *Cloistrieres* appellatæ, in *Cheminus 2*, et *Clausuræ*. Certis in habitu signis ab honestis mulieribus distinctæ, in *Meretricalis*. Militis aut dominæ mensa et osculo prohibentur, in *Osculum 2*. De comitatu regio erant; pensionibus et donis dotata, ibid. Statuta habebant, quæ non violabant impune, ibid. Earum magistræ dictæ Abbatisæ, in *Abbas*. Earumdem pœna, in *Accabussare* et *Capilli*.
- Metæ variis arborum notis et incisuris designabantur, in *Arbor 1*.
- Metropolitani, non archiepiscopi modo, sed etiam episcopi et Abbates nuncupati, in *Metropolitanus*.
- Michaeli Imperatori cognomen Calafati inditum, in *Calafatate*.
- Michaelis Scoti varia opera memorantur, in *Cervellarium*.
- Mictum mittere, gravioris injuriæ loco habebatur, in *Pissare*.
- Miles qui vaccam pauperculæ feminae abstulerat, aquæ bullientis supplicio occiditur, in *Caldaria*.
- Militare servitium in quo positum fuit: illud præstat puer novem annorum; ab eo absolvuntur, qui triginta et quinque annos excesserunt; ita et recens nupti atque ii quorum uxores in puerperio jacent, in *Hostis 2*.
- Milites ad dignitatem militarem promovendi ratio, in *Adobare*, *Alapa* et *Miles*.
- Milites cinguli et calcarium donatione creantur; eorundem ablatione degradantur, in *Cingulum 1*, et *Calcar 1*.
- Milites quorum clypeus in hostium potestatem venerat, tamdiu ipsi eorumque liberi pro militibus non habebantur quamdiu acceptum dedecus præliando non vindicassent; unde ad mensam cum aliis milibus sedere non poterant: quod si temere sedissent, tunc a feicali lacerabatur eorum mappa, in *Arma 3*, et *Mensale*.
- Milites titulo *Monseigneur* compellabantur, cum cæteri, quantumvis natalibus præclaris editi, proprio tantum nomine appellarentur, in *Siriaticus*.
- Milites ab homagio præstando exempti erant cum feudum principale ab homine innobili acquirebatur, in *Hominium*.
- Milites Clerici in ecclesiis Lugdunensi et Viennensi, quinam ita appellati; horum munus et officium, in *Miles*.
- Milites regis qui dicti apud nostros, in *Miles*.
- Milites ordinis S. Jacobi *de la Spatha* instituti in Hispania anno circiter 1158, in *Spatharius*.
- Milites Stellæ instituti a Joanne, rege Franciæ an. 1351, in *Stella 1*.
- Militibus solis an fas esset cæsariem nutrire, dubitatur, in *Armigeri*.
- Mir, quid veteribus Francis sonabat, in *Ballomer*.
- Mitra ad usum episcoporum longe antiquior sæculo X, in *Mitra 3*.
- Mitra distincta ab episcopali conceditur abbatibus. Ea non utuntur abbates ordinis Præmonstratensis, in *Abbas*.
- Mitra papyracea, ignominia signum, in *Corona* et *Mitra 3*.
- Molendina aquatica Augusti ætate, vel paulo ante Augustum inventa, in *Aquimola*. Recentiora sunt quæ *adventum* dicuntur; antiquiora tamen Philippo Augusto rege Francorum, in *Molendinum*.
- Monachi Clericorum nomine interdum designantur, in *Clerici*.
- Monachi, quod Philosophi Christiani dicerentur, baculum et peram deferebant, in *Bactroperatæ*.
- Monachi in radendo barbam aqua herbis aromaticis imbuta utebantur, in *Barba 1*.
- Monachorum apud Bavaros in acquirendis bonis, quæ iis comparare ex legibus non licebat, dexteritas, in *Mediator 1*.
- Monachus bona quæ jure successionis ad ipsum, si in sæculo remansisset, devenissent, monasterio suo, feudis exceptis, largiri poterat, in *Successio 2*.
- Monasterii servilio sese addicendi variæ rationes, in *Oblati 2*.
- Monasteriis data aliquando feuda ea conditione, ut monachum presbyterum præstarent, qui divinum officium in castris parageret, in *Hostis 2*.
- Monasteriola, quæ majoribus suberant, hodie Prioratus dicta; eorum origo, in *Cella 1*.
- Moneta regia in terris baronum qui jure monetæ potiebantur aliquandiu cursum non obtinuit, in *Moneta*.
- Monetarum Belgicarum veterum nomina et species variæ, in *Leones 1*.
- Monetarum adulteratores aquæ bullientis supplicio necabantur, in *Caldaria*; vel comburebantur, in *Ustus*.
- Monetis regiis, sub prima regum nostrorum stirpe, eorum effigies imprimebantur, nomine fere semper omisso, in *Monetarius*.
- Moniales quæ castitatis votum violaverant, velo religionis ad tempus privabantur, in *Velamen*.
- Monæci principi jus cudendi monetam auream et



argenteam conceditur anno 1643, et ejus cursus in Francia permittitur an. 1644 et 1652, in *Moneta*.  
**Monrealis** eques Rhodius falso dicitur ob Odorico Raynaldo, primus dux militarium turmarum quæ *Compagnie* appellabantur, in *Sociales*.  
**Monsieur**, unde formata hæc vox, satis nupera, in *Siriaticus*.  
**Montalbanenses** consules Baronum appellatione insigniti, in *Baro*.  
**Morini**, unde sic nuncupati, in *Mora* 2.  
**Mortui** vestibus suis pretiosioribus induti humo mandabantur, in *Sepulchrum*. Eos cum suis insignibus et armis publice exponendi antiquus usus, in *Mortuus*.  
**Mosarabicum** officium in usu fuit apud Hispanos usque ad Alphonsum VI, quod tamen adhuc Toleti servatur in sex parochialibus ecclesiis; hujus vocis etymon, in *Mosarabes*.  
**Mulier** utroque sexu instructa memoratur, in *Hermaphroditus*.  
**Mulier** dicitur in jure Anglico, filius natus ex patre qui concubinam in uxorem duxit, in *Mulier*.  
**Mulieres** lectum suum, ut viri equum, ecclesiis in quibus sepeliebantur legare solebant, in *Lectus*.  
**Mulieres** rixosæ, quomodo castigatæ, in *Tumbrellum* et *Villania*.  
**Mulieres** quæ stuprum commiserant in lupanaribus publicis includebantur, in *Ginaceum*.  
**Mulierum** sepulcris fusus appensus in probitatis ac virtutis muliebris argumentum: hinc etiam forte profluxit mos earum insignia in fuis seu, ut heraldice loquar, *lozengis*, describendi, in *Fusus*.

## N

**Nares** apud Polonos præciduntur iis qui quarta vice injustam litem intendunt, in *Calumnia* 1.  
**Nasi** abscissio, genus supplicii apud Occidentales, in *Denasatus*.  
**Natalis** Domini vigilia, quomodo celebrata olim apud Drocenses et Cadomenses, in *Flambellum*. Quod festum nomine Cornu designatur in veteribus festis Danicis, in *Cornu* 1.  
**Navarræ** rex domum Parisiis sub consuetis oneribus et serviliis acquirit, in *Villenagium*.  
**Navarrensis** moneta, in *Carleni*, et *Sancetti*.  
**Navarrensis** Collegii prærogativæ, in *Prothocollegium*.  
**Navfragorum** naves fractæ, resque in iis contentæ, imo et homines qui in ipsis vehebantur, dominorum erant ad quorum littora ejiciebantur, ex antiqua, quantumvis inhumana, consuetudine, quam prohi principes abrogare non semel annexi sunt, in *Lagan*.  
**Nauticæ** Pixidis inventio, in *Pyxis*.  
**Neapolitanus** morbus; hujus origo, in *Morbus*.  
**Negotiatorum** veterum aliquot nomina, in *Societas* 4.  
**Nicopolitanense** prælium memoratur, in *Bassa* 1.  
**Nigriponti** domini sese inscribent Duces Agiopelagi, in *Agiopelagus*.  
**Nihilfecit**, Epitheton quorundam regum Franciæ; quare ita cognominati, in hac voce.  
**Noallii**, unde nomen habent, in *Cognomen*.  
**Nobiles** aquæ frigidæ judicium per filios suos aliquando subiere, in *Aqua* 7.

**Nobilibus** præ cæteris adscribi cœpit *Militis* nomenclatura, ineunte circiter sæculo XIII, in *Miles*.  
**Nobilitas** natalium necessaria ad Militis dignitatem consequendam; a qua tamen lege nonnumquam relaxatum est, in *Miles*.  
**Nobilium**, maxime Francorum, consuetudo uxores pari nobilitate illustres matrimonio sibi jungendi, in *Disparagare*.  
**Nobilium** seu Militum, atque adeo procerum ac principum filii qui nondum militarem ordinem erant adepti generatim appellabantur *Valeti*, in hac voce.  
**Nobilium** pœna capitalis, olim apud Græcos, nunc apud nostrates, capitis detruncatio, in *Decollare*. Eorumdem alia pœna, in *Sella* 2.  
**Nobilium** ordini adscribi, pœnæ genus apud Florentinos, in *Magnas*.  
**Nomen** nascentibus filiis impositum a parentibus, cui alia deinde addebantur; quando hæc novorum nominum impositio fiebat, in *Binomius*.  
**Nominum** proprio nomini adscitiorum origo et ratio, in *Cognomen*.  
**Nominum** compendio descriptorum antiquissimus usus; illum induxit in regia diplomata Carolus M., in *Monogramma*.  
**Nordalingi**, unde sic appellati, in *Adalingus*.  
**Normanni**, cur nuncupati *Bigothi*, in hac voce.  
**Normanniæ** ducatus, titulo Imperii et Monarchiæ insignitus, in *Imperium* et *Monarches*.  
**Normannici** fori in emancipationibus usus singularis, in *Emancipatio* 1.  
**Nothorum** vetus et recens conditio, in *Bastardus*.  
**Novitiata** nonnumquam prætermissa vota monastica emissa sunt, in *Probatio*.  
**Nox** Demissionis, seu Potentiæ ea dicitur qua Mahumedi per Gabrielem angelum traditum fuisse Alcoranum somniant quidam Mahumedani, in *Alcoranum*.  
**Nummi** dabantur infantulis, etiam lactentibus, ut parentum donationibus assensum præbuisse viderentur, in *Concessus*.  
**Nummis** Romanorum sive Græcorum aureis, argenteis et æreis, unde *Medallie* nomen mansit, in hac voce.  
**Nummos** cereo affigendi usus, oblationis gratia, quam antiquus, in *Candela nummata*, et *Cereus*.  
**Nummulariæ** tabulæ in quatuordecim regni locis institutæ anno 1305, in *Cambiare*.  
**Nundinarum** Campaniæ custodes, ut plurimum ex militari et nobilium ordine assumti, in *Cancellarius*, et *Custos* 4.  
**Nuntii** Apostolicæ sedis ex suæ dignitatis gradu post episcopos sedent; si vices summi pontificis agunt extraordinaria delegatione, non episcopos duntaxat, sed et patriarchas præeunt, in *Apocrisiarius*.  
**Nuntii** Cameræ qui dicebantur sub secunda regum nostrorum stirpe, in *Camerarius*.  
**Nuptialia** fercula, non dominis tantum, sed et ecclesiasticis debebantur, in *Missus* 1.  
**Nuptiarum** variæ redemptiones dominis aut sociis nubentium ex jure vel usu persolvendæ, in *Bannum* 5, *Cochetus* 3, *Maritagium*, *Missus* 1, *Nuptiaticum*, et *Ourilliera*.



## O

Obsessionis a dæmone quænam sint signa haud suspecta; ritus in liberandis obsessis usitati, in *Obsessus*.  
 Occisio hominis infimæ conditionis triginta Turonensibus redimebatur apud Hannones, in *Villani*.  
 Occitani aliquando Provincialium appellatione designati, in *Provinciales*.  
 Œconomatus ecclesiæ vacantis ad sex tantum menses protrahi poterat, in *Commendatarius 1*.  
 Œconomi appellantur ecclesiarum *Advocati*, in hac voce.  
 Officia religiosa et pia, v. g. capsarum, in quibus repositæ sunt reliquiæ, ablutio seu purgatio, nomine feudi concessa, in *Chassa*.  
 Officiales in Aragonia dicti olim Alcaydi honoris et meretricum, in *Alcaydus*.  
 Officialium palatii regii, qui Domestici vocabantur, munus et officium, in *Domesticus 3*.  
 Officium ecclesiasticum, a quibus primitus ordinatum est et postea auctum, in *Officium*.  
 Ogerii Dani spatha asservatur in monasterio S. Faronis Meldensis, quam descripsit Mabillonius, tom. 5 Act. SS. Bened. in *Spatha 1*.  
 Olei unctio variis in casibus usitata apud Jacobitas, in *Lampas 2*.  
 Oleum seu liquor odoratus effluxit ex aliquot Sanctorum sepulcris, in *Manna 1*.  
 Ordo militaris S. Mariæ Virginis institutus sub annum 1261, in *Frater*.  
 Organorum musicorum inventio et usus, in *Organum*.  
 Osculare retro mulierem, aut eam desponsare, vel mortem subire cogebatur vir qui illam vitiaverat, in *Fornicarius*.  
 Osculum in præstatione homagii a feminis domino feudali datum et negatum; utriusque exempla proferuntur, in *Hominium*.  
 Osterlingi qui fuerint, in *Esterlingus*.  
 Ostiarii officium dignitas hæreditaria in aula comitum Flandrensium, in *Huisserius 2*.  
*Oubliette*, carceris episcopi Parisiensis aliorumque nomenclatura; hujus appellationis ratio, in *Oblivium*.

## P

Pædagogus regis præcipuum inter ejus ministros locum obtinebat, in *Æquilibrator et Bajulus 2*.  
 Pæderastæ castratione mulctati, in *Castratio*.  
 Paganorum ludi nonnumquam a Christianis etiam celebrati, in *Cervula*.  
 Palatii Præceptor, quæ dignitas in Francia, in *Præceptor*.  
 Palatium, uti vocant, Parisiense juri dicundo fuisse addictum plerique sub Ludovico X, alii sub Philippo VI, volunt, in *Parlamentum*.  
 Palos seu paxillos, voce heraldica *Palle*, designari falso creditum est, in *Pallium 2*.  
 Panis Eucharistici forma, in *Eucharistia*. Quo ritu et a quibus conficiebatur, in *Oblata*.  
 Panis benedictus, sacræ Eucharistiæ loco, adminis-

trandus iis qui, peccatis suis nuntium remittere nolentes, communicaturi ad sacram mensam accedunt, in *Panis 2*.  
 Panis hæc buccella me strangulet, si quod dico verum non est; hujus adagii origo, in *Corsned*.  
 Panni nigri in exsequiis usus, linteum, quo legitur altare, ad hunc usum adhibitum, quod postea prohibitum est, in *Pallium 2*.  
 Papa, nisi Romanus aut Italus, non eligendus statuitur anno 1378, in *Dispositive*.  
 Papa Pontifex Pontificum dictus, in *Pontifex*.  
 Papa Domni titulo promiscue cum episcopis donatus in eodem instrumento, in *Domnus*.  
 Papa crucem ubique præferendi jus habet, in *Cruæ*.  
 Papa non utitur baculo pastorali, in *Baculus 1*.  
 Papæ, ut et Apostolici, appellatio soli Romano pontifici tandem adscripta, in *Apostolicus 1*, et *Papa*.  
 Papæ non modo beneficia ecclesiastica in Galliis contulerant, sed et pensiones annuas in iis aliquando assignarunt, in *Provisio 2*.  
 Paparum rescripta genuina, quomodo a falsis internosci possint, in *Bulla*.  
 Parentum summum jus in liberos sub prima et secunda regum nostrorum stirpe, in *Emancipatio 1*, et *Oblati 1*.  
 Pares ecclesiastici sua retrofeuda tantum in manum mortuam transferre possunt; non alii prælati, nisi absque pecunia fiat ejusmodi translatio, in *Admortizatio*, et *Par*.  
 Parisiensis episcopus, vocatus Curatus Regum Franciæ, in *Curatus 1*; *Patriarchæ* titulo donatus, in hac voce.  
 Parisiensis officialis prærogativa, in *Officialis*.  
 Parisiensis parlamenti de doctrina S. Thomæ judicium, in *Passus 1*.  
 Parium Franciæ, sive ecclesiasticorum sive laicorum, jura et officia, in *Par*.  
 Parochiales ecclesiæ assignatæ in dotem etiam ab episcopis, in *Abbas*.  
 Parochorum jus in bona defunctorum, in *Abbadia 1*, et *Funeralia 2*.  
 Parvus, cognomen Alfonsi, regis Castellæ et Toleti, unde natum, in *Rex*.  
 Paschalis dies, unde a nostris primus anni dicebatur, in *Annus*.  
 Pastores ecclesiastici et laici vocantur ecclesiarum *Advocati*, in hac voce.  
 Patibulum erigendi jus, non ex feudi jure, sed a regis concessionem et beneficio, habent justitarii quicumque, in *Furca 1*.  
 Patri, urgente necessitate, licuit filium suum in servitutem dare, in *Obnoxio*.  
 Patriarchæ majores crucem ubique præferendi jus habent, præterquam in urbe Roma, et ubi adest summus pontifex, vel ejus legatus, dehinc etiam in præsentia cardinalium, in *Cruæ*.  
 Patriciatus insigne erat apud Romanos, sub imperatoribus Occidentalibus, coronæ simplicioris species, in *Circulus*.  
 Patrini in duellis adsciti, cum privatim agebantur, in *Duellum*.  
 Patrinarum et matricularum in baptismo partes, in *Baptismus*.  
 Pavana, saltationis species, unde sic appellata, in *Paduana*.  
 Pauli Orosii historiæ inscriptio disquiritur, in *Ormesta*.

- Paupertatis voto rerum proprietas, non usus, abdicatur, in *Proprietates*.
- Pedum Osculum, formula usitata in præstatione sacramenti fidelitatis regibus nostris, in *Osculum* 2.
- Pensionum pro victu et vestitu secundogenitis assignatarum ratio et usus, in *Apanare*.
- Peregrinantium baculus, unde Burdo appellatus, in *Burdones*.
- Peregrinationes in pœnam a iudice sæculari indictæ, quæ aliquando pecunia redimebantur. Earum usus tum adeo invaluerat, ut peregrinantes canonici censerentur præsentibus divinis officiis, in *Peregrinatio* 3.
- Perjuri absentes inverso capite picti apud Florentinos exponebantur, in *Fides*.
- Perjuri pœna ridenda potius quam culpæ digna, in *Perjurare*.
- Petrus Musandinus celebris Parisiensis medicus, in *Musandinus*.
- Philippus frater Ludovici VII thesaurarius ecclesiæ Compendiæ, in *Thesaurarius*.
- Philippus Augustus, qui Deodatus et Conquirens dictus, Rex Sacerdotum cognominatus et qua de causa, in *Rex*. Vide *Subjugus*.
- Philippus VI, rex Francorum quare Salinarius nuncupatus, in *Salinaria*.
- Philtia amatoria frequentioris olim usus apud nostrates, in *Amatoria*.
- Photii criminatio adversus Latinos confutatur, in *Agnus*.
- Picardi moribus et lingua seu idiomate a Francis distincti, in *Lingua et Picardia*.
- Picardiæ prorex primus inscribitur Carolus de Montmorenci, an. 1350; exhinc Edwardus de Beaujeu, Franciæ marescallus; et an. 1351 Comes Inculismensis Franciæ comestabularius. Hujus vocis incertum hætenus etymon, in *Picardia*.
- Pilæ ludus in ecclesiis diebus festis usitatus, in *Pelota* 3.
- Pileorum, quos vulgo *Bonnets quarrez* appellamus, origo, in *Almucium*.
- Pilorum fibrinorum usus antiquior Carolo VI rege, in *Capellus* 1.
- Pileus viridis infamiæ symbolum ex usu, non aliqua lege, statutum, in *Cessio*.
- Pilum vestimenti projicere in signum possessionis rei cuiuspiam dimissæ, in *Divestire*, sub *Vestire* 1. Pili barbæ, capillorum et vestium una cum sigillo chartæ donationum aut cessionum obsignati, in *Pillum*.
- Piper quanti olim habitum, in hac voce.
- Pipinus rex conventus publicos, qui kal. Martii habebantur, ad diem kal. Maiarum transtulit, in *Campus* 9. Cur idem rex in ingressu ecclesiæ prostratus, non supinus, sepeliri voluit, in *Prostrati*.
- Piscis regius quis censeatur, in *Craspicis*.
- Placitum. Quia tale est nostrum placitum, Gall. *Car tel est notre plaisir*. Hujus formulæ sensus et origo, in *Placitum*.
- Plebeii homines matres suas Dominas compellabant, in *Domina* 4.
- Pœnitentes publici arma deponere jubebantur, in *Arma*.
- Pœnitentes a confessoribus flagris excepti, in *Flagellatio* 1.
- Pœnitentes homicidæ circulis ferreis ab episcopis aut presbyteris aliquando innexi, in *Circulus*, et *Peregrinatio* 3.
- Pœnitentiæ publicæ quænam crimina subjecta fuerunt, in *Pœnitentes*. An episcopi, presbyteri et diaconi huic subditi fuerint, disputatur inter eruditos, in *Communio* 4.
- Pœnitentiæ impositæ partem exsequendam in se monachi suscipiebant, data ipsis a pœnitente aliqua bonorum suorum eleemosyna, in *Pœnitentes*.
- Pœnitentiæ species qua quis palmas allidebat ad pavementum, in *Palmata* 1.
- Pœnitentiæ insolitæ exemplum, in *Pœnitentes*, et in *Processio* 1.
- Pœnitentium reconciliatio quando et qua ratione fiebat, in *Reconciliatio*.
Interdum par consulum ἐπὶ τοῦ βήματος, ut est apud Themistium<sup>6</sup>, seu pro tribunali sedentium, effectum conspicitur. Ita in nummo Constantis imperatoris æreo, majoris formæ, sedet ipse Constans celsior, caput nimbo vel lumine<sup>7</sup> circumdatus, cum binis consulibus, in tribunali, in cujus basi legitur hæc inscriptio, VOT. V., quæ arguit Felicianum et Titianum in eo exprimi, qui consulatum gerebant, cum Constantinus M. excessit 25 julii, quo pro Constante Augusto<sup>8</sup> vota quinquennialium soluta sunt: aut forte Ursum et Polemium, qui sequenti. Consules etiam Constantinum et Constantem repræsentat nummus alter<sup>9</sup> aureus, majoris perinde formæ, pro tribunali sedentes, caputque nimbo exornatos, quibus adstant figuræ duæ stolatæ, lauros ramos porrigentes, cum Christi monogrammate inter utriusque Augusti capita, et hac inscriptione, GLORIA REIPUBLICÆ, nam ter simul consulatum gessere, annis scilicet 339-342-346. Maxime vero inter consulares insignis est nummus aureus Theodosii<sup>10</sup> junioris, in quo Theodosius ipse in sella sedet cum Placidio Valentiniano. Uterque autem habitu consulari dextra volumen, sinistra globum crucigerum tenet, ubi Valentinianus ut puer effingitur, adeo ut ad primum, quo Cæsaris, vel potius ad secundum ejus consulatum, quo Augusti nomen gessit, ut qui cum globo crucigero effingatur, imperii symbolo, referri debeat, cum ætatis annum sextum vel septimum vix tum attigisset. Eorundem etiam Theodosii

1. In Consul. Juliani. — 2. Tom. 3, p. 289. — 3. \* Crispus et Licinius, an. 348; Crispus et Constantinus II, an. 324. Crispus et Constantinus III, an. 324. — 4. \* Vide Bandurii Numismata, tom. 2, pag. 675. — 5. \* Vide Bandur. ibid. pag. 608, in *Filepico*, seu *Philippico*. — 6. Orat. II, p. 254. — 7. \* Apud Mediobarb. in Constante Tr. Potest. IV, pag. 430, edit. Mediol. 1730. — 8. \* Anno 337. — 9. \* Nummus regius. Vide Bandur. Numism. in Constante, tom. 1, pag. 349. — 10. \* Consule Bandur. ibid. pag. 538.

et Valentiniani consulum imagines, in altero ipsius Theodosii, qui hunc excipit, ni fallor, habentur. Imperatorum denique paria exhibent perinde nummi Valentiniani senioris<sup>1</sup>, Valentis, Gratiani, Valentiniani junioris, Theodosii, Maximi Tyranni, et Victoris, non ut consulum, sed ut imperatoriæ dignitatis consortium et collegarum: quod et indicat globus quem iis in nummis uterque expressus augustus dextra tenet. Nam nec Maximus, nec Victor filius consulatum una gessere, quorum alter ut puer in nummo effingitur.

## IV.

## HABITUS CONSULARIS.

Ex habitu igitur consulari nummos imperatorum consulares esse deprehendimus. Non de veterum reipublicæ romanæ, sed de ceterioris ævi consulum ornatu ac veste hic sermo est, quorum insignia a priorum consulum insignibus si non diversa, saltem non prorsus eadem fuisse, in confesso esse debet. Notum ex scriptoribus priscorum consulum vestes fuisse togas pictas et palmatas, ac trabeas, quod pluribus docuere pridem criticorum filii, tametsi utrumne a se invicem diversæ fuerint, non plane definiunt. Certum pariter istius nomenclaturæ indumenta etiam consulibus sub constantinopolitanis imperatoribus adscribi. Sed cum veterum consulum imagines, sive in statu, sive in numismatibus dignitatis istius insignium formam materiamque non ita prodant, ut res extra omnem controversiam habeatur, incertum manet an eadem fuerint quæ numismata ac diptycha consularia repræsentant. In iis quippe, maxime in diptychis, ubi habitus consularis universus plene conspicitur<sup>2</sup>, Consules tunicis palmatis et togis pictis induti apparent, cui superfunditur fascia latior collum ambiens, cujus pars dextra strictior, a dextro humero recta circa pectus ultra genua descendit, ipsumque humerum ac brachium dextrum circumvolvens, sinistrum humerum amplectitur, explicans sese, latiorque sensim effecta, ac circa dorsum delapsa, rursus a dextro latere per umbilicum transversum agitur, et infimam sinistri brachii partem, qua manui illud conjungitur, involvit, reliqua fasciæ parte retro pendula. Ita quidem in Diptychis Leodiensi et Bituricensi ab Alexandro Wilthemio descriptis, quæ in Compendiensi apud Sirmondum ad Sidonium, et in numismatibus decussata tantum ad pectus cernitur, forte quod reliqua et inferior corporis pars in iis desit. Sed præstat hoc loco diptychon<sup>3</sup> aliud consulare eburneum (tametsi ejus consulis sit minime constet, cum nulla in eo habeatur inscriptio) ex gazophylacio regio describere, ea qua est forma ac magnitudine, tum ut habitus consularis omnino percipiatur, tum quod quædam contineat, quæ in aliis diptychis non occurrunt. Nam consuli utrimque adstant figuræ muliebres habitu satis insolenti, præsertim quoad ornatum capitis, quarum quæ ad dextram est hastam vel bacillum tenet, altera clypeo læva innititur, seu illa Minerva vel Pallas sit, seu alia quævis dea, cum hisce figuris virtutes designari pro certo sit, ut in Julianæ imagine, de qua mox agemus, et ut ejusce ævi pictores ac sculptores solebant, quod præterea satis docent figuræ aliquot ejusmodi in Notitia Imperii Orientalis<sup>4</sup> descriptæ. Consul vero ipse dextram, qua mappam seu volumen tenet, non erigit, sed in gremio demissam habet.

## V.

## CLAVUS.

Fasciam istam veterum esse latum clavum quidam censent, qui apud Sosipatrum<sup>5</sup> *impurpurata vestis*, id est ἐμπόρφυρος ἐσθῆς καὶ ἔνγηλος, appellatur, et senatorum proprius fuit, qui trabeis aliisque vestibus attextebatur, quas περιπορφύρους et φοινικοπορφύρους vocat alicubi Dio, ut πλατυπόρφυρα ἱμάτια Archippus apud Pollucem<sup>6</sup>: purpuræ quippe nomine limbos vestium donabant. Veteres Glossæ: Κυκλάς, ἢ περὶ τὴν χλαμύδα κυκλοπορφύρα, *limbus*. Alibi: Πορφύρα ὑφασμένη, *clavus*. Gloss. S. Benedicti cap. de Vestimentis: *Clavi*, σημεῖα. *Clavare*, πορφυρῶσαι. Senator<sup>7</sup> in formula Rectoris provinciæ: « Chlamidis tuæ procul dubio clavos intende, quos scias « non inaniter positos. Hinc fit ut cum publicum agentes,

1. \* Vide Mediobarb. in Valentiniano seniore Trib. Pot. IV, ad an. 368. — 2. \* Vide Senatorem Bonarotam, in Animadv. ad tria diptycha, cujus ectypa exstant in fine ipsius operis, *De antiquis vitris*. Bottarius. — 3. V. Tabell. 1. — 4. Cap. 459. — 5. L. 1. — 6. L. 7, c. 14. — 7. L. 6, ep. 21.



« purpuram cernerent, de vigore Principis semper admo-  
nerent. » Septima Synodus, can. 15. Οὐδὲ ἐκ σερικῶν ὑφαν-  
μάτων πεποιημένῃν ἐσθῆτα ἐπέδυτό τις, οὐδὲ προσετίθεισαν ἑτερόχρῳα  
ἐπιβλήματα ἐν τοῖς ἀκροῖς τῶν ἱματίων. Sed *clavi* isti *purpurei*  
limbos vestium proprie spectant, a quibus dictæ ejusmodi  
vestes *auroclavatæ*, vel *auroclavæ*, ut habet vetus interpres  
Juvenalis<sup>1</sup>: unde recentiores Græci vocem χρυσοκλαδερικὸς  
formarunt. Verum alii fuere postmodum senatorum et con-  
sulum *lati clavi*, quorum formam ita describit Acron ad illud  
Horatii: « Prætextam et latum clavum. latum clavum pur-  
puram dicit quæ in pectore extenditur senatorum. Græci  
« τὸν κολοβίωνα vocant. Usus ejus hodie retinent principes,  
« injicientes vesti a cervice ad pectus indumentum ex pur-  
« pura, vel pellibus pretiosis muris Pontici, vel aliis, dum  
« regio habitu prodeunt in publicum. » Ubi nemo non videt  
graphice describi ac designari fasciam istam consularem  
quæ, ad collum convoluta, a cervice ad pectus descendens  
colobii speciem referebat: quod tunicam absque manicis  
fuisse testantur passim scriptores. Unde apud Ammianum<sup>2</sup>:  
*pectoralis illa tunica sine manicis texta*, cujusmodi colobion  
Acronis fuit, *regale indumentum* appellatur: non quod revera  
Acronianus colobion esset tunica contexta absque manicis,  
ut diaconorum fuit; sed quod clavus, olim vesti adtextus,  
deinde ab ea avulsus, ita ad collum et humeros circumvol-  
veretur, et ad pectus deflueret, ut colobii revera speciem  
præberet. Clavos enim non modo purpuras vestium limbis  
adtextas vocabant, sed et quasvis longiores fascias, ut *lin-  
teorum clavos latissimos* dixit Ammianus<sup>3</sup>, *mappas laticlavias*  
Petronius Arbitrator, *mantilia cocco clavata* Lampridius, in  
Alexandro Severo. Clavos igitur intelligit Pacatus per *pur-  
puras consulares*, cum, ut diximus eæ vesti consulari olim  
attexerentur, uti ea effingitur in nummo Augusti, quem  
designavit Biæus<sup>4</sup>: quæ neque multum discrepat ab ea qua  
indutus conspicitur Maximianus cum radiato stemmate in  
nummo argenteo, in cujus aversa facie scriptum: PAX  
AUGG., nisi quod revera fascia latior collum ambiens, et  
ante pectus defluens potius videtur. Atque hic quidem colo-  
bion, consulum proprius non omnino fuit, sed senatorum  
omnium pacificus habitus, ut docet lex 1. Cod. Th. de  
Habitu (14, 10)<sup>5</sup> quo uti oportet intra urbem. « Nullus  
« senatorum habitum sibi vindicet militarem, sed chla-  
« mydis terrore deposito, quietia coloborum ac penularum  
« induat vestimenta. » Tametsi consulum *colobiones* purpu-  
reos fuisse, aut ex pretiosiori alio panno, par sit credere.

## VI.

## SUBARMALIS.

At cum inter vestes consulares alia occurrat apud scrip-  
tores ævi posterioris, quam *Subarmalis* nomenclatura donant,  
videant eruditi an non ipsa eadem sit fascia, sic appellata,  
quod sub *armis*, id est sub humeris, circumvolvatur pectus,  
uti effingitur: adeo ut fuerit quod ὠμοφόριον vocavit ætas  
posterior. Valerianus quippe augustus sic Aurelianum com-  
pellat apud Vopiscum<sup>6</sup>: « Cape igitur tibi pro rebus gestis  
« tuis... togam prætextam, tunicam palmatam, togam pic-  
« tam, subarmalem profundum, sellam eboratam: nam te  
« consulem hodie designo, etc. » Ubi cum *subarmalis* pos-  
trema ex vestibus consularibus recenseatur, admodum proba-  
bile est eam esse quæ cæteris superfundebatur. Neque  
sane omnino a subarmali diversa fuit vestis illa quam *suc-  
cinctorium* nuncupant, uti describitur ab Isidoro<sup>7</sup>: « Redimi-  
« culum est quod succinctorium, sive brace nuncupamus,  
« quod dividens per cervicem, et a lateribus colli divisum,  
« utrarumque alarum sinum ambit, atque hinc inde succin-  
« git, ut constringens latitudinem vestiat corpus, atque  
« jungendo componat: hoc vulgo Brace, quasi Brachiale  
« vocant, quamvis nunc non brachiorum, sed renum sit  
« cingulum. Succinctorium autem vocatum, quod, ut dictum  
« est, sub brachiis ductum alarum sinum ambit, atque hinc  
« inde succingit. » Quæ quidem succinctorii vel brachialis  
descriptio, si non subarmalis prorsus, saltem convenit *stole*  
ecclesiasticæ, de qua mox agemus, descriptioni. *Subarmalem*  
autem, non consulum duntaxat, sed et aliorum magistratu-  
um pacificum fuisse habitum, et quibus ii in solennibus  
imperatorum processibus ac festis diebus utebantur, pridem  
alii observarunt ex Spartiano, Trebellio Pollione, et Hero-  
diano. Sed quod Casaubonus dixit fuisse sagum, seu milita-

rem togam sic dictam, quod sub armis fibula annecteretur,  
vel sub armis rejiceretur, ex auctorum locis ab eo allatis id  
confici nemo, opinor, dixerit. Neque etiam forte fidem apud  
plerosque obtinebit, dum *profundum* appellari subarmalem  
scribit, quasi ποδήρη, id est, *talarem*, cum hoc loco vox *pro-  
fundus* videatur potius colorem denotare saturum, intensio-  
rem, et subfuscum, ita ut idem sit *subarmalis*, qui Pollioni  
*cum purpura maura* nuncupatur, id est, ex purpura fusca:  
nam ita Græci βαθὺ interdum usurpant, ut Hesychius, qui  
καὶ τὸ μέγα, καὶ ὑψηλόν, καὶ μέλαν significare ait. Hac notione  
χλωρὸν βαθύνόμενον, Paullus Silentiarius<sup>1</sup> *viridem colorem*  
*saturum* appellat. Sic etiam βυσσὸν Græci pro *profundo*,  
perinde ac pro *byssu* seu purpura usurpant, atque adeo ἔντι  
τῆς ὕψους, ut habet idem Hesychius, sic ut *subarmalis pro-  
fundus* fuerit ὑσγινόδαρής, *hysgino infectus*, ut loquitur Pli-  
nius. Quod vero *profundum* vocat Valerianus imperator,  
*fundatum* appellarunt scriptores ævi inferioris: nam vocem  
hanc cum *tyria* purpura, aut *blatta* fere semper conjungit  
Anastasius Bibliothecarius, uti alibi docemus<sup>2</sup>. Igitur *subar-  
malis profundus* fuerit, nostra quidem sententia, ex purpura  
intensiore ac saturata, atque adeo διασφής.

## VII (VI).

## LORUM.

Sed quam hæc ætas *clavum*, vel *subarmalem*, vel alia  
nomenclatura dixit, fasciam illam consularem posterior  
*lorum* appellavit, quod lori seu cinguli formam referret. Id  
enim genus esse ornamentum, quod Silvestro summo pontifici  
inter alia concessum avertit a Constantino Magno, jam per-  
suasum habetur. Ita enim Anastasius Bibliothecarius<sup>3</sup>, ubi  
de ejusdem Augusti donatione, ex codice Mazarino: « Deinde  
« diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulque phry-  
« gium, necnon et superhumeralia, videlicet lorum quod  
« imperiale circumdare solet collum. Ubi Græca habent:  
« ἄμα καὶ τὸ λῶρον, καὶ τὸ ὠμοφόριον, ὅπερ κυκλοῖ τὸν βασιλικὸν τρά-  
« χηλον. Hic exclamat Laurentius Valla<sup>4</sup>: « Superhumeralia  
« ais esse lorum, nec quid sit lorum tenes. Non enim cingu-  
« lum ex corio factum, quod dicitur Lorum, sentis circumdari  
« pro ornamento Cæsaris collo: hinc est quod habenas et  
« verbera vocamus lora. Quod si quando dicantur lora aurea,  
« non nisi de habenis, quæ auratæ equi aut alterius  
« pecudis circumdari assolent, intelligi potest, quæ te res, ut  
« mea fert opinio, fefellit: et quum lorum circumdare collo  
« Cæsaris atque Silvestri vis, de homine, de imperatore, de  
« summo pontifice equum aut asinum aut canem facis. » Ita  
nugantur plerumque puræ latinitatis ac veteris scientissimi,  
dum in inferioris ætatis scriptorum salebras et quisquillas  
incidunt. Sed indulgendum viro alioquin doctissimo, qui nec  
quid esset *bannum* vel *lorum* in hac donatione ignorasse  
debit, cum totam vitam terendis melioribus libris insump-  
sisset. Perperam vero *lorum* in Græco distinguitur a *superhu-  
merali*, quod unum idemque esse constat, satisque firmat  
Anastasius. Scio pallii usum summis aliisque pontificibus  
adscribi longe ante Silvestri atque adeo Constantini M.  
ætatem: cum Anastasius<sup>5</sup> scribat Marcum PP. constituisse  
« ut episcopus ostiensis qui consecrat episcopum urbis, pallio  
« uteretur, et ab eodem episcopo urbis Romæ consecraretur. »  
Sed et auctor Ceremonialis Romani<sup>6</sup>, quem Christophorum  
Marcellum quidam nominant, ab ipso Lino ejus usum ac  
originem auspiciatur. Exstat porro hujusce ornamentum impe-  
ratorii nomenclaturæ vestigium insigne apud Leonem Gram-  
maticum in Basilio<sup>7</sup>: Ἐνθρονίζεσθαι καὶ ἐγκαίνιζεσθαι ἡ ἐκκλησία,  
ἢν ἔκτισεν ὁ βασιλεὺς καὶ ἐκκλήσειε κόσμῳ πολλῷ. παρὰ Φωτίου  
Πατριάρχου, τοῦ βασιλέως ἐν τῷ αὐτῆς καινισμῷ λῶρον φορέσαντος,  
καὶ χρήματα πολλὰ δόντος, « Dedicatur ecclesia quam excitavit  
« imperator, ornatumque plurimo decoravit, a Photio patriar-  
« cha, imperatore in ejus dedicatione lorum ferente, et multas  
« pecunias erogante. » Est igitur *lorum* quod postea *pallium*  
dictum est, quod consulum et imperatorum gestamen ac  
habitum primum fuit. Græci ὠμοφόριον appellavere, latini  
*superhumeralia*, qui ad humeros circumvolveretur, collumque  
ambiret: unde τὸ κυκλοῦν τὸν τράχηλον ὠμοφόριον Matheo Blas-  
tari, ὁ κύκλω περι τοὺς ὤμους ἐμπροσθέν τε καὶ ὀπίσθεν περιβάλλεται,  
ut habet Symeon Thessalonicensis<sup>8</sup>, et περιτραχήλιον dicitur  
Germano patriarchæ constantinopolitano, in Hist. Eccles.  
Præinde ea appellatio indita consularibus ac pontificiis istis  
ornamentis, quod hæc ætas vestium segmenta *lora* appellaret,

1. Ad Satyr. 6. — 2. L. 14. — 3. L. 16. — 4. Ad Aug. dial. tab. 13. —  
5. \* Colobium differre a laticlavio probat Gothofredus, in Cod. Th. ex L. 19 et 23.  
Bottarius. — 6. In Aurel. cap. 13. — 7. L. 19, Orig. c. 33.

1. In Descrip. S. Sophiæ, part. 2, v. 227. — 2. In Gloss. — 3. P. 12. — 4. De  
Donat. Constant. — 5. In Marco. — 6. L. 1, sect. 10. — 7. P. 472. — 8. Symeon  
Thessalon. de Templo.

ipsasque vestes uno, duobus, tribus aut quinque segmentis distinctas, *monolores, dilores, trilores, et pentilores*, ut Vopiscus<sup>1</sup>, quæ universim ἱμάτια λώρωτα vocat Achmes<sup>2</sup>.

## VIII (VII).

## PALLIUM.

Simile porro consulari loro esse pallium pontificium ultro fatebitur, qui pallii Sancti Gregorii M. Papæ descriptionem apud Joannem Diaconum<sup>3</sup> in ejus Vita attentius expendit. Ita enim effingitur, ut haud fere diversum fuisse a consulari loro prorsus evincatur: « Pallio, inquit, mediocri, a dextro « videlicet humero sub pectore super stomachum circulatim « deducto: deinde sursum per sinistrum humerum post « tergum deposito, cujus pars altera super eundem humerum « veniens, propria rectitudine, non per medium corporis, sed « ex latere pendet. » Ex qua descriptione colligit Angelus Rocca hanc minime convenire posse Gregorii imagini, quæ in ædícula Sancti-Andreas Romæ conspicitur: cujusmodi etiam similes omnino pontificum romanorum complures effigies in sacris ejusdem civitatis ædibus haberi auctor est, in qua quidem imagine pallium Gregorii more latino factum reperitur. Unde colligit, pallium Gregorianum ejus fuisse formæ qua Græcorum pontificum fuit. hi enim, inquit, pro pallio fasciam quamdam seu zonam, latiore sane ac longiorem quam stolam, sed instar stolæ collo imponunt: dextra tamen ejus pars multo est longior, et ad terram usque defluit, cujus pars major per sinistrum humerum post tergum rejicitur, ita vero ut crux una a tergo maneat, altera ad dextram, tertia ad sinistram appareat, quarta vero ad eam pallii partemquæ ab humero sinistro pendet. Sed et alio loco pallii materiam describit idem Joannes Diaconus<sup>4</sup>: « Pallium ejus bysso « candente contextum nullis fuisse cernitur acubiis (acubus) « perforatum, sicut vetustissimis musis, vel picturis ostenditur. » Græcorum Homophorium ex lana, non ex lino, contextum fuisse scribit Isidorus Pelusiota<sup>5</sup>. Enimvero ad terram defluxisse patriarchale ὁμοφόριον satis innuit Zonaras, in Copronymo, dum illud Germani patriarchæ constantinopolitani ab Anastasio quodam inter eundem calcatum scribit. In hoc autem differt consulare loro in Diptychis expressum a pallio pontificio, quod non modo collum loro amplectatur, et ad pedes ante defluit, sed etiam a dextro latere circa umbilicum transversum agatur, lævaque manu extrema ejus ora sustentetur<sup>6</sup>: pallium vero pontificium etsi interdum ante et retro ad pedes defluit, interdum etiam pars anterior læva sustentatur pontificis, ut videre est in veteribus tabellis Græcanicis, quas ad illustrationem [hujusce dissertationis et] Historiæ Byzantinæ [hic in tabella 9] delineari curavimus. Pallium id genus consularis ornamentum appellatum nemo forsitan mirabitur, qui consulum, in Diptychis, loro inspexerit, quod sat latitudinis videtur habere, præsertim ubi genua ambit, ut pallii appellatione donari potuerit: cum vestem interiorem totum fere involvat et ambiat. Et sane labente sæculo octavo apud Græcos Byzantinos id nominis habuit: μανδύαν enim dixerunt imperatorum istum ornatum qui humeros et scapulas ambit, in *rochi* seu *rocheti* episcopalis formam, ut observat Gretzerus ad Codinum<sup>7</sup>: ex quo stolæ nostratis species quædam ante defluit, ipsi *rocho* adjuncta. Ποῦλον enim ad genua usque descendisse auctor est idem Codinus<sup>8</sup>: quo spectant ista ex glossario manuscripto regio<sup>9</sup>: Μανδύας, εἶδος ἱματίου ὅπερ καλεῖται λουρίκιον. Nisi vox postrema non λῶρον, sed ἐπιλωρίκιον, sagum sive militare hoc loco significet, ut apud Leonem, in Tacticis<sup>10</sup>, et alios tametsi ἐπιλωρίκιον civilibus etiam magistratibus non semel adscribat idem Codinus.

## IX (VIII).

## LORUM CONSULARIUM FEMINARUM.

Id quoque observatione non indignum prorsus existimo, quod non consules duntaxat, sed et *consulares feminas*, uti ab Ulpiano<sup>11</sup> consulum uxores vocantur, eodem ac simili pene perinde habitu usas quo conjuges, colligere sit ex iconismo, qui in vetustissimo Dioscoridis codice scripto habetur in bibliotheca Cæsarea, uti a Petro Lambecio<sup>12</sup>, ejusdem

1. In Aureliano, cap. 46. — 2. C. 220. — 3. L. 4, cap. 84. — 4. Id. c. 80 — 5. Lib. 1, epist. 136. — 6. Leo, Imp. Græc. 16, p. 273. — 7. L. 3, c. 14. — 8. L. 14, n. 3. — 9. Cod. 1673 — 10. Cap. 6, n. 26. — 11. L. 1, D. de Senator. (9, 1.) — 12. Lambec. l. 2, Comm. de Cæsarea Bibl. c. 8.

curatore doctissimo, describitur: ubi μεγαλοψυχία et φρόνησις habitu muliebri illustrissimæ Julianæ, cujus nomen ibi exaratum legitur, assident: ipsa vero, fascia illa ampliori collum et humeros amplectente, et pectus attingente, exornata conspicitur, in hoc a consulari fascia diversa, quod ista muliebris sinistro brachio non aptetur. Fasciæ colorem non distinxit idem Lambecius, contentus observasse « in « medio octogono sedere in throno duabus aquilis suffulto, « feminam diademate regio, vestituque partim aureo, partim « cæruleo, et calceis rubris, instar imperatricis Constanti- « nopolitanæ exornatam. » Certe ex novella Justiniani<sup>1</sup>, consulum uxores, quæ συνεκλάμπουσι ταῖς τῶν συνοικούντων ἀκτῖσι, radiis maritorum coruscant, eodem quo ii *schemate*, id est, ornatu donatas licet colligere. Ubi Julianus Antecessor<sup>2</sup>, quod Justinianus σχῆμα, honorem vocat *consulariæ dignitatis*, et *maritales infulas*. (Scribit Lampridius in Heliogabalo<sup>3</sup>, quasdam matronas consulares conjugii ornamentis fuisse donatas: idque veteres imperatores affinibus detulisse, et his maxime quæ nobilitates maritos non habuerant, ne innobilitatæ remanerent.) Fuit autem Juliana, filia, ut recte conicit idem Lambecius. Olybrii augusti ex Valentiniani III filia Placidia, et Areobindæ consulis uxor<sup>4</sup>.

## X.

## LORA IMPERATORUM OCCIDENTIS.

Eidem muliebri Julianæ loro propemodum simile videtur illud quo usi sunt Occidentales imperatores. Exstat siquidem in codice Augustano libri Frederici II imperatoris *de Arte venandi per aves rapaces*, icon ejusdem imperatoris sedentis cum paludamento togæ superinjecto, dextra sceptrum liliatum tenentis. Supra togam vero pendet a collo fascia latior, gemmis et lapillis distincta, ad pedes, quæ balteo quodam ejusdem ferme latitudinis circa pectus constringitur, quem *fasciam pectoralem*, seu στήθοςδεσμον possumus appellare, ut est in vett. Glossis. Figuram exhibuit editor, qui putat esse Manfredi regis Siciliæ, qui additamenta quædam parentis libro adjecit, hoc argumento, quod imberbis sit, cum aliæ ejusdem imperatoris barbatae, inquit, conspiciantur. Nos vero non tam regium quam imperatorum esse ornamentum omnino censuerimus, quamquam regum etiam fuisse satis evincunt quæ Petrus IV, rex Aragonum, de sui ipsius vestibus regis scribit: ait enim iis superfusam stolam quæ etiam pectus ambiabat, hisce verbis Catalanicis<sup>5</sup>: « E apres una dalmatica de drap vermell historiât « ab obres d'aur et ab fullatges: mas no i avia perles, ne « altres obres, perço que se apparella cuytadament: et « daquest drap mateich una estola, que comença en lo muscle « esquerra, et traversa al costar dret, et puis er acincta « entorn, e eren egualats los caps de la estola, e un man- « ples, et calces deldit drap sens sabates, etc. »

## XI (IX).

## FORMA PALLII PONTIFICII.

Ut porro procedente tempore pontificium pallium, apud Latinos præsertim, non fascia fuit libera ac sponte defluens, collumque circumdans, sed ad majorem sacra facientium pontificum commoditatem ita aptata, connexa, ac consuta, ut formam suam antiquam servaret, tribus acubus vel aciculis, quas et *spinas* aut *spinulas* vocabant, casulæ defixa, in anteriori et posteriori parte, et ad humerum sinistrum. in dextra enim acus non figitur: ita a Græcis augustis *lorum*, quod primitus liberum fuit, simplexque fascia collo ac corpori circumfusa, postmodum ad majorem etiam commoditatem superiori vesti, quam, ut diximus, μανδύαν seu ποῦλον nuncupabant, assutum est: ita tamen ut lori veteris formam quadantenus servaret. Id sane omnino deprehendere est in Michaelis et Manuelis Palæologi imperatorum figuris quas delineari curavimus<sup>6</sup>: in quibus non modo nescio quis ornatus collum ambiens describitur, ex quo stolæ seu largioris fasciæ species ante defluit: umbilicum vero circumcingit fascia alia latior margaritis et lapillis adornata, cum limbo ex opere Phrygio, unionibus perinde ac lapillis pretiosis distincto, ubique fasciam ambiente, cujus pars extrema sinistro imperatoris brachio sustentatur, ab eo, ut

1. 105, cap. 2. — 2. Const. 98. — 3. Cap. 4. — 4. V. Tabell. 2. — 5. L. 3, c. 16, 33. — 6. \* Tabell. c. 6, 7.



consulare lorum, pendula. Id genus imperatorii ornamenti *δαδηνμα* appellavit ætas posterior, quemadmodum tradit Codinus<sup>1</sup>, ut quod vestes cæteras constringat.

## XII (X).

## STOLÆ SACERDOTUM.

Neque forsan aliunde stolas suas accepere christiani sacerdotes, regis nempe ornamentis et indumentis donati subinde a principibus: cum et Theodosii junioris nummi aliquot a nobis descripti imperatorem eundem consulem simili stola ad pectus decussata repræsentent, ut et vetus tabella græcanica Michaelem et Gabrielem archangelos, loro quidem augustali decoratos, sed ad pectus decussato, illud etiam ambiente, et ad sinistram reflexo, quomodo denique imperator Constantinopolitanus effingitur in Leonis imperatoris Oraculis<sup>2</sup>: adeo ut inde colligere liceat stolam istam aliud non esse quam succinctorium, cujus supra meminimus. Quin etiam stola interdum nuncupatur ipsum archiepiscopale pallium: quod vulgo dicitur esse « ornamentum » ad modum stolæ sacerdotalis, crucibus intextum, super « alia ornamenta delatum, humeros ad instar coronæ pectusque circumdans. ante dependens<sup>3</sup>. » Sane stolæ nomine pallium exerte donant Eadmerus, ubi de sancto Anselmo, archiepiscopo cantuariensi, Alexander II PP., in epistola ad Hugonem, archiepiscopum rotomagensem, et Landulfus de Sancto-Paulo, locis in Glossario nostro descriptis. Collum vero, perinde ac pallium, circumdat stola *ad interiora descendens*, inquit Stephanus Eduensis, decussatimque stringitur, ut consularis fascia, quam fortassis *ἱερὰν στολὴν* vocat Themistius<sup>4</sup>. Nec scio an stola sacerdotalis, ut consularis, pectus olim amplexa sit, sinistro brachio circumfusa, uti in veteribus tabellis græcanicis homophorium episcoporum interdum delatum observavimus, cum id testari videatur manipulus, qui sinistram sacerdotis brachium cingit, ita ut pars stolæ olim fuerit, et ab ea postea resecta, ad majorem sacra facientium sacerdotum commoditatem. Jacobus Cardinalis<sup>5</sup>, de Coronatione Bonifacii VIII PP:

..... Cubitum lævum cingitque manipulus.

Hisce omnibus addendum insuper, diaconos, apud Græcos, stolam (quam in humero sinistro pro more recepto gestant, ut docent Chrysostomus<sup>6</sup>, Euchologium Græcorum<sup>7</sup> et vetus tabella græcanica<sup>8</sup>, quam hic describi curavimus, in qua effictus est sanctus Stephanus, præterea Georgii Pachymeris effigies, quam ex codice manuscripto Augustano ejusdem historiæ descripsit Wolphius<sup>9</sup>), cum communicaturi erant, *σταυροειδῶς* præcingere ante et retro, ita tamen ut pectus ambiat, forma haud omnino diversa ab ea qua *lorum* gestari diximus, ut videre est in tabella, quam delineavit vir eruditissimus Jacobus Goarus<sup>10</sup>.

## XIII (XI).

## CONSULARE SCEPTRUM.

De sceptro eburneo, vel aureo, dignitatis consularis perinde in nummis symbolo, nihil est quod hic dicamus, cum obvia sint quæ in hanc rem conferri possunt; præstat tantum monere in consulis Anastasii sceptro, quod habetur in Diptycho Leodiensi, aquilam corolla laurea ambi et includi, cui trina virorum capita imminent<sup>11</sup>. In Bituricensi aquila alis expansis circulum vel orbem amplectitur, in quo viri, imperatoris forte, effigies delineatur. Addo denique imperatorum numismata consularia videri, quotquot ejusmodi sceptro in iis conspicui sunt: in quibus est medallio æreus Licinii, in gazophylacio canonicorum regularium Sanctæ-Genovefæ Parisiensis, cum inscriptione in aversa parte, JOVI CONSERVATORI, in quo palmata indutus conspicitur idem augustus. Verum desit sensim gestamen istud consulare, primusque Phocas imperator pro sceptro aquilifero crucem assumpsit, ut ex nummis ejus docemur, in quibus consulari habitu effingitur, et cum volumine, quod cæteri fere deinceps augusti usurpavere tametsi postmo-

dum idem sceptrum gestasse Philippicum imperatorem ejus ostendant nummi.

## XIV.

## AQUILA IMPERII SYMBOLUM.

Hic porro disquirendum videtur an ab ejusmodi consularibus imperatorum sceptris, an vero a Romanorum veterum militaribus aquiligeris signis, in utriusque imperii symbolum, seu, uti vocant, armorum insignia, aquila transierit: quando etiam efficta biceps, et an revera apud Constantinopolitanos armorum seu insignium usus, saltem sub extrema tempora, obtinuerit: cum ad numismatum Byzantinorum historiam id prorsus pertineat, in quibus aquila interdum conspicitur, uti mox indicabimus. Aquilam pro regiæ ac supremæ dignitatis symbolo fere semper habitam palam est. Scribit Fulgentius<sup>1</sup> in præliis aquilam auream in signis bellicis sibi fecisse Jovem, hincque finxisse poetas ejusce avis ministerio rapuisse Ganymedem; atque ideo fortassis scholiastes Cæsaris Germanici ad Arati Phænomena<sup>2</sup> aquilam *signum Jovis* appellavit, ut de ea longe antea dixerat Theocritus<sup>3</sup>, *Διὸς αἰετός αἰετὸς ὄρνις, Ζηνὸς ποῦ τὸδε σῆμα*. Aiunt<sup>4</sup> porro Jovem sibi hanc potissimum avem delegisse, quod dum adhuc in cunis esset in Creta insula, nectar eidem quotidie deferret aquila ex scopulis, ut ex oceano ambrosiam columbæ; vel, ut alii volunt, quod felici aquilæ advolantis augurio victoriam contra Titanas esset consecutus; vel sane quod aquila *ζῶν βασιλικόν*, *animal regium* sit, uti appellatur ab Æschyli Scholiaste<sup>5</sup>, et supremi imperii, quod in Jove finxere gentiles, ut est apud Dionysium Areopagitam, symbolum fuerit<sup>6</sup>. Hinc Clearchus Heracleensis tyrannus, cum se ab ipso Jove prodiisse populis vellet persuadere, aquilam, tanquam divinorum istorum natalium præcipuum argumentum, sibi præferri voluit<sup>7</sup>. Scribunt alii<sup>8</sup> Persarum reges aquilam hastæ longiori impositam, vexilli loco, in præliis extulisse; atque inde Æschylum<sup>9</sup> non alio Xerxem Persarum regem, quam *ἀετὸς* nomine indigitasse. Sed et Oseas propheta<sup>10</sup>, de Nabuzardano Persarum regis (quem nudo regis nomine semper intelligit Scriptura sacra), legato ac duce verba faciens, hunc aquilæ comparat.

## XV.

## AQUILA ROMANORUM.

Aquilam porro a Persis accepisse Romanos, nolim pro certo statuere, cum ab ipsis reipublicæ primordiis inter præcipua supremæ dignitatis insignia semper habita sit, tradatque Dionysius Halicarnassæus<sup>11</sup> hanc a Tuscis habuisse Romanos, quibus post inita pacis fœdera regum suorum ornatus præcipuos misere, quos inter fuit sceptrum eburneum aquila insignitum, quod romani consules servare deinceps tanquam præcipuum dignitatis suæ argumentum. Atque exinde aquila in signis militaribus præcipuum etiam fuit, unicumque fere, ex quo Marius, bello contra Cimbricos, cæteris quibus hactenus usi erant in præliis Romani abrogatis, solam aquilam retinuit, quæ quidem aurea erat, quomodo postea depicta est in imperatorum byzantinorum insignibus, et in sacrario perinde aureo solebat asservari<sup>12</sup>.

## XVI.

## AQUILA BICEPS QUANDO INVECTA.

Quando vero biceps aquila invecta fuerit non planum est assequi, cum nec in imperatorum vel consulum nummis, nec in cæteris rei antiquariæ monumentis uspiam occurrat, præterquam in columna Trajani, Romæ, in qua militis clypeo inscripta visitur<sup>13</sup>. Sed priores byzantinos imperatores bicipitem aquilam, aut in sceptris consularibus, aut vestibus adtextam detulisse nondum advertimus. Scribit Guil-

1. Fulgent. lib. 1, Myth. p. 133. — 2 P. 127. — 3. Id. 17, v. 72. — 4. Macro Byzant. apud Athen. l. 11: Lactant. l. 1, Fulgent.: Isid. l. 8, Orig. c. 3. — 5. P. 61, 135. — 6. \* Signum Jovis Olympici, quod Phidias elaboraverat, manu tenebat sceptrum, cui aquila super imposita erat, ut docet Pausanias, lib. 5, cap. 12. Bottarius. — 7 Memnon. — 8 Plut lib. 2, de Fort. Alex.: Justin. l. 16; Xenoph. l. 7, Cyrop.: Philostr. in Hero. — 9. In Persis, p. 135. — 10. C. 8. — 11. L. 3. — 12. Stewech. ad Veget. l. 1, c. 23. l. 2, c. 6. Lipsius, ad Tacit. — 13. Lipsius, in Analect. ad milit. Rom. p. 18.

1. Codin. de Off. c. 6, n. 34. — 2. 14, 16. — 3. Silvester, in Summa. — 4. Orat. 44, extr. — 5. L. 2, c. 1. — 6. Hom. de Filio Prodigio. — 7. P. 254. — 8. Tabella 10. — 9. P. 147. — 10. P. 254. — 11. Vide P. Fabrum, ad l. 2, de Orig. Juris. Dempster, etc.



Ielmus Apuliensis, Romanum Diogenem, eo prælio quo a Turcis cæsus est, agnitum ab iis ex aquila aurea loricæ intexta, sed an bicipiti non indicat<sup>1</sup>:

Indiciis aquilæ, quod plus dabat omnibus armis  
Aurea conspicuum loricæ innixa nitorem,  
Græcorum dominus cognoscitur.

Quidam Germanos bicipitem aquilam sibi adrogasse existimant, ex quo in clade Variana signa Romanorum et aquilæ duæ in eorum venere potestatem: tertia a signifero, priusquam in manus hostium veniret, in cruenta palude demersa, ut ait Florus<sup>2</sup>: quas quidem binas aquilas diis patriis in lucis ii suspenderit. Ulricus Huttenus<sup>3</sup>:

Vindice ut Arminio, celeris prope rura Visurgis,  
Romanas acies miro Germania motu,  
Quintiliumque ducem conciderit, unde birostræ  
Contigerint aquilæ, traducti insignia regni,  
Excussumque jugum, non tantum hæc tempora nossent.

Non enim biceps est aquila, subdit Cuspius<sup>4</sup>, ut imperitum vulgus credit, sed duæ simul, quarum altera alteram expansis alis obteggit, etc. Sed hanc sententiam, cui adstipulatur Flaccus Illyricus, jure exagitat cardinalis Bellarminus<sup>5</sup>, qui non duas aquilas in insignibus imperatores gerere, sed unam divisam in duo capita, ejusque rei causam esse, quod imperium esset inter duos principes divisum, quorum alter in Occidente, alter in Oriente sedem habebat. Cui quidem Bellarmini sententiæ consentanea sunt quæ habet Joannes Georgius Trissinus<sup>6</sup>, poeta italicus, lib. 2, de Italia a Gothis liberata:

Il grande imperio, ch'era un corpo solo,  
Avea due capi; un ne l'antica Roma,  
Che reggeva i paesi occidentali,  
E l'altro nella nuova, che dal volgo  
S'appella la citta di Constantino.  
Questa era capo a tutto l'Oriente;  
Onde l'aquila d'oro in campo rosso,  
Insegna imperial, poi si dipinse,  
E si dipinge con due teste ancora.

Sed hæ recentiorum conjecturæ ingenii potius acumine quam ipsa nituntur rei veritate, cum biceps aquila longe recentior videatur, præsertim apud Byzantinos: ut pote quæ uniceps in insignibus gentilitiis Palæologorum Montferratensium descripta sit, qua imperium constantinopolitanum designatur; deinde in effigie Constantini Palæologi, Michaelis imperatoris filii, quam initio hujus dissertationis describimus<sup>7</sup>, pallium aquilis cum unico capite inspersum conspiciatur. Præterea in prioris Theodori Lascaris, ejusdemque Michaelis Palæologi, imperatorum, nummis, quos exhibuit Octavius Strada, si tamen genuini sunt, pulvilli quibus pedes insistent, ejusmodi aquilis insperguntur. Ita pariter in Michaelis Palæologi imperatoris pedibus substrato pulvillo ad utrumque latus uniceps effingitur aquila: in Andronici vero ad sinistrum dumtaxat, in iis scilicet eorundem Augustorum imaginibus quas ex codice Augustano historiae Georgii Pachymeris, Nicephoro Gregoræ præmisit Hieronymus Wolphius.

## XVII.

### AQUILA BICEPS DESCRIPTA IN NUMMIS BYZANTINIS.

Idem tamen Octavius Strada Theodori Lascaris junioris nummum alium describit, in quo pulvillus aquilis bicipitibus exornatur: quomodo etiam effingitur a Wolphio ex eodem codice Augustano. Sed et Georgius Phranzes<sup>8</sup> solennem apparatus, quo Venetiis exceptus est Joannes Palæologus imperator, describens, ait nautarum qui navem qua ille vehebatur ducebant, pileos bicipitibus aquilis fuisse exornatos; et in ipsius navigii puppi, binos exaratos leones, hosque inter aquilam bicipitem effictam. Testatur denique vir eruditissimus Ismael Bulialdus<sup>9</sup> etiamnum in eo palatio quod Constantini nomen servat, complura spectari scuta cum aquila bicipiti. Sed quod in eo quod binas hasce literas ΠΑ præfert, festum Paschatis designari putat, vix viro doctissimo assentiar, cum longe potius Palæologi nominis prima elementa videantur continere. Verum (quod omnem adimit

1. Lib. 1, de Gest. Norm. p. 23. — 2. Lib. 4, c. 12; Tacit. l. 4. — 3. In Carmine de German. non degeneri. — 4. In Cæsarib. — 5. De Translat. Imper. Rom. lib. 1, c. 7, § 2. — 6. Lib. 2, della Italia liberata da' Goti. — 7. Tabella 6. — 8. L. 2, c. 14, p. 133 (Concil. Florent. p. 7, edit. Labbei). — 9. In Not. ad Ducam, c. 37.

controversiam) habemus præ manibus epistolam Demetrii Palæologi despotæ ad Carolum VI, Francorum regem, quam suo loco damus, cui adtextum est sigillum cereum papyro superfusum, in quo biceps aquila cum binis corollis effingitur: quæ quidem despotæ insignia hisce verbis describuntur in manuscripto *provinciali*, uti vocant, sub Carolo VII exarato: « Le roi depos de Roumenie, de gueules à l'aigle « d'or à deux testes abecquie et ampieté desenais. » Habentur etiam in eodem codice armorum insignia imperatoris constantinopolitani: « Le roi de Roumenie, de gueules à trois « (leg. quatre) lettres qu'on appelle B. d'or. » Alio loco: « L'empereur de Constantignoble porte de gueules à quatre « surcils (leg. fusils) d'or. » Describuntur etiam insignia imperatoris trapezuntini: L'empereur de Trapezonde, d'argent « à quatre faices de sable, au quartier de Constantinoble. » Ex quibus primo colligitur familiarum Augustarum insignia hic describi, Palæologæ scilicet, et Comnenæ, non vero Imperii Orientalis, quæ aquila aurea bicipiti in campo rubeo constabant; deinde eos qui nigras tres campanulas Comnenis adscribunt<sup>1</sup> pro insignibus, vix fidem mereri, cum potior haberi debeat scriptori horum Augustorum coævo. Denique observationem meretur, quod Demetrius Palæologus non familiæ sed Imperii insignibus usus sit: quasi *aquilæ* propriæ fuerint despotarum quibus etiam horum vestes, pilei, ac cothurni interstinguebantur, ut auctor est Codinus<sup>2</sup>. Ex his igitur videtur omnino confici Byzantinos ævi posterioris augustos bicipitem detulisse aquilam, usosque perinde ac ceteras nationes, armorum insignibus. Quod ultimum firmat præterea Joannes Cantacuzenus<sup>3</sup>, quo loco navalem Andronici Palæologi imperatoris ad Chiensem expeditionem proficiscentis apparatus commemorat: « Ἦν τε ἀριλλὰ πολλή « τοῖς τριηράρχαις, ἐκάστου φιλονεικούντος πολυτελεία καὶ λαμπρότητι « παρασκευῆς τοὺς ἄλλους ὑπερβάλλεσθαι, καὶ τότε ἄλλα ἐξηρτύοντο « πρὸς τὸ μεγαλοπρεπέστερον, καὶ τὰ πληρώματα ἐκόσμου ἰδίαις « παρασήμοις, ἔντε ὕπλοις καὶ ἀσπίσιν ἦσαν γὰρ οὐ τυχόντων, ἀλλὰ « τῶν τε εὐγενῶν καὶ μεγάλα δυναμένων. Tum non levis trierarchis « contentio incidit, dum quilibet cæteros sumptuoso splen- « didoque apparatu superare nititur, et cum alia magnifice « instruit, tum classiariorum arma et clypeos suis insignibus « exornat; nec enim de infima plebe, sed viri nobiles et « admodum copiosi erant. » Quibus quidem verbis belle describit eam majorum clypeorum seriem quæ in navium marginibus exponi solebat, nostrisque *pavesade* appellatur, ut ad Villharduinum olim monuimus. Quando vero insignium usus apud Byzantinos coeperit, vix definiri potest; tametsi id plane constet, a Latinis hunc mutuatos, æque etiam ac sultanos seu Saracenicis et Turcicos principes, quorum arma ac insignia in antiquis provincialibus exarantur.

## XVIII.

### AQUILA OCCIDENTALIS IMPERII.

Neque proclivius est divinare quando occidentales augusti nigram aquilam pro imperii insigni usurparunt. Quis enim supini adeo ingenii est ut præstet fidem nuperis scriptoribus hac de re nugas vendentibus, atque adeo ipsum Joannem Villaneum audiat, scribentem Julium Cæsarem auream detulisse, Augustum et successores nigram, tandemque Constantinum Magnum bicipitem auream in scuto rubeo detulisse? Quis eidem Villaneo<sup>4</sup>, Chassaneo<sup>5</sup>, et aliquot aliis assensum præbeat, nullo vade, tradentibus Carolum Magnum detulisse pro insignibus scutum bipartitum, parte altera dimidiata aquila nigra in campo aureo, altera liliis aureis in campo cæruleo effictis? Quis denique Miramontii frontem patiat<sup>6</sup>, affirmantis hæc insignia præferre veteres tabulas Caroli Magni, Ludovici Pii, et Caroli Calvi: quasi non longe alia sint horum augustorum cerea et aurea sigilla, in quibus ipsorum thoracidae effinguntur? Quis Andrea Favyno<sup>7</sup> et Varennæo credat, scribentibus Carolum Magnum detulisse pro insignibus auream aquilam in campo cæruleo; nigram vero in campo aureo tum primum usurpatam ab Ottone, qui Saxonie ducem, a quibus ortum ducebat, insignium colores servare voluerit? Aquilam sane signum et vexillum fuisse Imperii Occidentalis, Friderico I imperante, testatur Guntherus lib. 7, vers. 504, Ligurini:

At qua cæsareæ. signum latiale, cohortis  
Regia fulget avis, magnorum densa virorum  
Agmina, ceu magni glomeravit viscera regni.

1. Ughell. in Episc. Croton. n. 45. — 2. De Off. c. 3. — 3. L. 2, c. 11. — 4. Lib. 1, c. 40; l. 4, c. 3. — 5. Concl. 17. — 6. De Cancellar. p. 29. — 7. Le Roy d'armes.

At de aquilæ colore nigro post Saxonicos augustos, verumne id sit, dubium facit Rigordus <sup>1</sup>, quo loco describit Ottonis imperatoris in prælio bovinensi vexillum: « Ab opposita, » inquit, parte stabat Otho, in medio agminis confertissimi, « qui sibi pro vexillo erexerat aquilam deauratam super « draconem pendentem in pertica oblonga erecta in qua- « driga. » Ubi *draco* idem valet quod pannus oblongior, in quo depicta erat aquila aurea: nam *dracones* vexilla fere omnia scriptores appellasse in Glossario docuimus; tametsi Willelmus Brito veram draconis effigiem fuisse scribat <sup>2</sup>:

Erigit in carro palum, paloque draconem  
Implicat, ut possit procul hinc atque inde videri,  
Hauriat et ventos cauda tumefactus et alis,  
Dentibus horrescens, rictusque patentis hiatu,  
Quem super aurata volucer Jovis imminet ala.  
Tota superficies cujus nitet aurea, solis  
Æmula, quo jactat plus se splendoris habere.

At Chronicon Flandrense <sup>3</sup> draconis figuræ non meminit: « Il « y avoit au milieu du char une attache de vingt pieds de « haut, et y avoit dessus un aigle doré, de moult riche « ouvrage; et avoit les ailes estendues bien longues, « et reluisoit si fort, qu'à peine on le pouvoit regarder. » Ex quibus sane colligi videtur posse aquilam non intexam panno alicui, sed sculptorio opere effictam fuisse. Fatendum tamen non inde plane evinci aquilam occidentalium augustorum fuisse auream in armorum insignibus, licet ejusmodi fuerit in eorum vexillis, quod maxime docet Philippus *Mouskes*, in Historia Francorum manuscripta de Ottonis imp. in prælio bovinensi clypeo:

Quar il porte, ce n'est pas fable,  
L'escut d'or à l'aigle de sable.

Præterea idem Chronicon Flandrense <sup>4</sup>, ubi de Henrico VII luxemburgensi. « Et fut monté sur un grand destrier, et « avoit vestu un tornicle d'or (*tunicam auream*) à l'aigle noir... « et un chevalier chevauchoit devant lui, portant une lance « en un bichot de sa selle; et pardessus avoit un aigle d'or. « qui les ailes avoit ouvertes, et suivoit les bannières, etc. » Sed ex hisce supra allatis patet omnino nondum ea tempestate usurpatam ab Occidentalibus bicipitem aquilam: proindeque in controversiam vocari posse, an jurisconsultum Marianum Socinum <sup>5</sup> jure refellat Carolus Molineus <sup>6</sup>, scribentem occidentales imperatores bipartita insignia detulisse, in quorum parte altera dimidia aquila, in altera familiæ insignia descripta erant, usque ad Sigismundum imperatorem, qui cum orientalium augustorum videret inclinare potestatem, Saracenis ac Turcis undique eorum provincias invadentibus, primus aquilam integram ac bicipitem in insignibus adscripserit, quod nec facere ausus fuerat Carolus Magnus, quantumvis potens ac bellicosus, ne Græcos irritaret. Huicce Socini de Sigismundi imperatoris aquilæ bicipitis usurpatione sententiæ favere videtur lemma adscriptum ejusdem augusti sigillo cereo, uti describitur a Marquardo Frehero <sup>7</sup>. ait enim in aversa parte circa aquilam hosce versiculos, nescio quid *μυστηριώδεις* sonantes, legi: « AQUILA « EZECHIELIS, SPONTE MISSA EST DE CELIS, VOLAT IPSA SINE « META, QUO NEC VATES NEC PROPHETA EVOLAVIT ALTIUS. » Ex quibus sane versibus satis apparet imperatoriam Occidentalium dignitatem, se demum imperante ad summum decus et gloriæ culmen evectam innuere voluisse Sigismundum. Sed erudito scriptori gratiam aliam haberemus si an biceps ista fuerit aquila nobis indicasset. Describit idem Freherus <sup>8</sup> sigillum aureum Caroli IV, imperatoris Sigismundi parentis, adfixum diplomati, quod ille de electione Imperii exaravit, et vulgo *Auream bullam* vocant; in quo imperator coronatus sedet in throno, ad cujus latera habentur bina scuta in quorum altero aquila, in altero leo effingitur. Ejusdem imperatoris simile sigillum effictum habetur apud Nicolaum Zyllesium <sup>9</sup>, ubi aquila cum unico capite exhibetur, cum hac inscriptione. CAROLUS DEI GRACIA ROMANORUM REX SEMPER AUGUSTUS ET BOHEMIE REX. Verum cur nigra aquila ab occidentalibus augustis usurpata sit, hactenus incompertum, nisi eo colore effictam dicamus, quod is revera sit aquilæ melioris color, quam *ἀετὸν μελανόστην* et *μέλανα* vocant Græci, *valeriam* Latini, qui ideo *aquilam* nominarunt, a colore subfusco quem *aquilum* vocant <sup>10</sup>: de qua quidem aquilæ specie ita cecinit Jacobus Augustus Thuanus <sup>11</sup>:

Optima et ipsa æquans animis ingentibus illam  
Corporis inferior quamvis sit mole, nec ungue  
Aut rostro tantum valeat, digitisque; sed ortus  
Non mentita suos, animive oblita virilis,  
Accipitres collata nothos facit. Hanc quoque nostri  
Valeriam dicunt, Graii melaneëton, atrum  
Quod referat rostro, pennisque, atque ungue colorem.

Atque hic quidem longiori forsitan quam par erat de utriusque Imperii aquila observatione sumus digressi, quam tamen haud ingrati fore, vel omnino a proposito alienam, visuram iri speramus: cum et res Byzantinas quomodo illustret, et de Græcorum augustorum agat insignibus, quæ subinde in familiis nostris Byzantinis effinguntur.

## XIX (XII).

## VOLUMEN, VEL MAPPA.

Ut igitur unde divertit, redeat oratio, quæri solet quid illud sit quod consules et imperatores gestant, dextra interdum, quandoque sinistra, chartaceo volumini simile. Id quidem non inferioris omnino ævi Augustis proprium fuit, cum in achata Sanctæ-Capellæ parisiensis, quem æri incidi curavit Tristanus, nescio quis cum volumine effingatur; et Faustine et Antonini philosophi prostent nummi <sup>1</sup>, quibus pro lemme adscribitur, VOTA PUBLICA, ubi binæ stant figuræ muliebres, cum viri altera, stolata et palliata, quæ consulis videtur, tenentis dextra simile volumen; alius præterea Aurelii Veri imperatoris, in quo duæ figuræ dexteræ jungunt, quæ videntur esse consulum, sinistra volumen perinde tenentium, cum hac inscriptione, CONCORDIÆ AUGUSTOR. TRIB. P. COS. II: alius etiam Commodi imperatoris, cum iisdem figuris, et inscriptione, PIETATI SENATUS COS. V. PP.; denique alius ejusdem Aurelii Veri, in quo imperator et consul dextram Romæ galeatæ sedenti porrigit, sinistra volumen tenens, cum epigraphe, TR. P. VII. IMP. IV. COS. II. Ejusmodi etiam volumen in vetustissimis palliatorum, vel etiam togatorum (atque adeo mulierum), imaginibus sinistra teneri, apud Velserum <sup>2</sup> et Boissardum <sup>3</sup> passim observare est, quos ex conjectura duumviros esse idem Velserus, tametsi falso, opinatur. Exhibet præterea idem scriptor informæ aliud *σθηδόνιον*, seu mavis thoracidam, viri pariter palliati, cum hocce volumine in sinistra manu. Sed et in codice vaticano scripto an. DC. XCIX. sanctus Petrus simile volumen sinistra tenens effingitur, ut et sanctus Paulus in Ottonis II sepulcro, apud Nicolaum Alemannum <sup>4</sup>, in Dissertat. de Lateranensibus Parietinis. Exinde crebrius occurrit in Byzantinorum augustorum nummis, maxime in consulari Juliani cæsaris, qui pro inscriptione præfert, VIRTUS CÆSARIS, nam bis Cæsar consulatum gessit, an. 356 et 357; et in nummo aureo Theodosii junioris, in quo idem Theodosius et Valentinianus III habitu consulari effinguntur; præsertim vero in diptychis consularibus, et fere semper in Tiberii, Mauricii, Phocæ, et Leonis Isauri nummis. Id vero gestaminis mappam esse ludorum edendorum symbolum, quidam volunt: consules enim statim atque renuntiati fuerant, populo Circenses dare consueverant. Quæ quidem mappa in bituricensi diptycho explicata, in compendiensi et Leodiensi, et in omnibus nummis convoluta ac complicata effingitur, sic ut membraneo volumini similis fere sit: in regio vero ita efficta conspicitur, ut extrema in rotunditatem quandam complicata majora cernantur, quam qua manu dextra stringuntur: ut liquido appareat fuisse quiddam tractabile. Nescio an ipsa explicata censeatur esse in eodem diptycho mappa in binis figuris quæ sellæ lateribus adpinguntur, quarum singulæ binis manibus mappas explicatas tenent, in ludorum editionis symbolum: nisi forte eæ mappæ contineant nummorum certam quantitatem, qui efficti quodammodo conspiciuntur, ita ut ad consulum *ὑππείρας* seu missilia referri debeant. Mappam autem signum fuisse edendorum ludorum, et mappas dictos ipsos circenses apud Marcellinum comitem, Julianum Antecessorem, et Polemæum Silvium in Laterculo notum est: unde *μαππάσθαι*, in glossis Basilicæ, dicebatur is qui projectam ab imperatore, vel consule, aut alio magistratu mappam excipiebat, signumque gladiatoribus dabat, quem *mapparium* vocant sanctus Chrysostomus <sup>5</sup>, auctor Chronici Alexandrini, Scylitzes, Nicetas

1. In Phil. Aug. an. 1215. — 2. Lib. 11, vers. 25. — 3. C. 15 — 4. Cap. 34. — 5. In cap. Cum contingat de foro comp. — 6. In Cons. Par. tit. 1, de Feod. n. 21. — 7. In Not. ad bullam Sigismundi post Petr. de Andlo, p. 585. — 8. In Not. ad lib. 2, Petri de Andlo, c. 5; V. Hooppingium, in trac. de Insign. cap. 6, part. 2. — 9. In S. Maximino Trevir. p. 63. — 10. Fest. — 11. L. 1, de Re accipitr.

1. Apud Bireum, post Augustini Dial. p. 43, 45, 50, 51. — 2. In Aug. Vindelic. p. 116, 228. — 3. In Antiq. Rom. part. 3, fig. 51, 147; part. 4, fig. 56, 57, 119, 123; part. 5, fig. 71, part. 6, fig. 29. — 4. Cap. 10, p. 86, 88. — 5. Orat. de Circo.



Choniates, et alii<sup>1</sup>. Quod si ita se res habet, dicendum perinde videretur a duumviris istis augustanis quorum ex Velsero supra meminimus datas, ut olim a consulibus romanis, civibus suis mappas. seu editos circenses : quod a vero absonum minime videri debet, cum amphitheatra ac circos suos habuisse nobiliores civitates constet. Sed cum sanctos Petrum et Paulum in vetustissimis picturis cum ejusmodi pariter voluminibus depictos deprehendamus, nescio an ea pro mappis circensium generatim usurpari debeant<sup>2</sup>. (Verum longe aliter se res habet quoad mappas consulum, quæ nihil aliud sunt quam mappulæ tergendæ naso : quod docet omnino Theophylactus, in cap. 19. Actor. : Τὰ δὲ σιμικίνθια ἐν ταῖς χερσὶ κατέχουσι οἱ μὴ δυνάμενοι ὠράρια φορέσαι, οἷοι εἶσι οἱ φοροῦντες τὰς ὑπατικὰς στολὰς πρὸς τὸ ἀπομάττεσθαι τὰς ὑγρότητας τοῦ προσώπου. Eadem verba habet Eucumenius, in eadem Acta, ubi post στολὰς, addit, ἡ γουβία. Eo etiam spectant quæ leguntur in glossis Basilic. Ὁδονάρια καὶ ὀδόνια, ὑφάσματα ἐπιμήκη, ἃ καὶ ὠράρια παρὰ τινῶν λέγονται, ταῦτα δὲ οἱ παλαοὶ [εἰς παλάτιον] εἰσὶόντες συγκλητικὸὶ ἐπιφερόμενοι, ἐν αὐτοῖς καὶ ἀπεμύττοντο καὶ ἀπέπτυνον. CANGIUS IN ADDIT.)

## XX (XIII).

## ACACIA.

Certe, etsi primis Imperii sæculis mappam revera fuisse id consulum gestaminis concedatur, vel etiam codicillos consulares, quod quidam opinantur. seu magistratum omnium qui res publicas tractabant, insigne, quod potissimum colligere est ex figuris adjunctis Notitiæ Imperii, in insignibus quæstoris, primicerii Notariorum, magistri Scriniorum, etc., id de veterum Romanorum aliorumque status, in quibus eadem in sinistris symbola conspiciuntur, dici non potest, quæ non chartaceorum voluminum, sed mappularum seu sudariorum complicatorum potius speciem referunt. Ut si longe aliud fuit extrema Græcia ; siquidem illud idemque sit, quod certe licet arbitrari, quamquam fortasse in aliquo immutatum. *Acaciam* enim vocabant recentiores, fuitque saccus ex panno purpureo confectus, codici similis, terra vel arena plenus, cujus arcanum sic prodit Codinus<sup>3</sup>, ubi de imperatore : τὸν δὲ γε σταυρὸν ἐν δεξιᾷ φέρει ἀεὶ ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ βλάτιον κώδικι ἑοικὸς, δεδεμένον μετὰ μανδύλιον· ὁ βλάτιον ἔχει χῶμα ἐντὸς καὶ καλεῖται Ἀκακία, ὡς εἶπη μὲν τὸν βασιλέα ταπεινὸν εἶναι ὡς θνητὸν, καὶ μὴ διὰ τὸ τῆς βασιλείας ὕψος ἐπαίρεσθαι· καὶ μεγαλαυχεῖν. « Crucem in dextra semper portat, in sinistra « vero pannum sericum codici similem, ligatum mantili, « habetque intus terram vel arenam, et vocatur acacia . « quasi dicat illud imperatorem humilem esse ut mortalem, « neque propter Imperii fastigium efferrī, neque se tumidum « jactare debere. » Eandem acaciæ significationem adscribit Simeon Thessalonicensis, qui quod χῶμα Codinus, χῶμα, *pulverem* vocat : Μετὰ τὸ λαβεῖν τὸν σταυρὸν εἰς δεξιᾶ τῆς εὐσεβείας, καὶ τὴν ἀκακίαν, ὅπερ χῶμα ἐστίν, σημαίνων τὸ φαρτὸν τῆς ἀρχῆς, καὶ τὴν ἐκ τούτου ταπεινώσιν, etc. « Cruce in pietatis argumentum. et Acacia suscepta, quæ pulvis est, imperii fragilitatem denotans, et quæ ex ea oritur, abjectionem, etc. » Hoc sane schemate *acacia* depingitur in Michaelis Palæologi imperatoris effigie, quam hic damus<sup>4</sup> : licet in aliis Theodori Lascaris junioris, ejusdem Michaelis, et Andronici senioris imaginibus, quas ex Codice Augustano Historiæ Georgii Pachymeris delineari curavit Hieronymus Wolphius, in voluminis speciem exhibeatur.

## XXI (XIV).

NUMMI IN QUIBUS  
EQUI IMPERATORIBUS APPINGUNTUR.

Sed cum de mappis edendorum circensium symbolo supra quædam præmissa sint, ad eosdem etiam circenses, ac proinde ad consulares nummos referri videntur, qui equum ipsis augustis adpictum præferunt, quem habenis ii dextraprehendunt. Tristanus<sup>5</sup> in Claudio existimat fortunam Imperii eo designari, seu potius ipsum Imperium, pro cujus symbolo equus semper habitus fuerit. Verum circenses datos

1. Chron. Alex. an. 876 ; Nicet. in Alex. lib. 3, n. 2 ; Scylitzes, etc. — 2. \* Quæ in manibus apostolorum cernuntur, non utique mappæ, sed vere volumina sunt, tam in anaglyphicis quam in picturis cœmeteriorum, quæ volumina sæpe etiam revoluta et explicata apparent. Vide *Romæ subterraneæ* tabulas. Bottarius. — 3. De Off. c. 6, n. 27. — 4. Tabella 6. — 5. Tom. 3, p. 491, 316.

denotari longe probabilius : nam et in diptychis Leodiensi et Bituricensi equos dextra ductos, quos inde *Dextrarios* nostri appellarunt, ad circenses ludos licet intueri, ab ipsis, a quibus edebantur, aurigis distributi. Quod præter Symmachum<sup>1</sup> satis innuit Capitolinus in Gordiano, ubi de ejus adhuc privati consulatu : « Equos siculos et cappadoce permittentibus imperatoribus, factionibus divisit, et per hæc « populo satis carus, qui semper talibus commovetur. » Et Marcellinus comes, de consulatu Justiniani<sup>2</sup> : « Numerosos « præterea, phaleratosque in circo caballos jam donatis « quoque impertivit aurigis, una duntaxat, ultimaque mappa « insanienti populo denegata. » Ejusmodi porro cum equo nummos Claudii et Numeriani imperatorum exhibet idem vir eruditissimus. (Sed et descripsit Octavius Strada numnum Fl. Julii Constantii August., in quo efficitur cernitur spiculum tenens, cum clypeo, in quo circus exhibetur, equum adpictum habens, quem dextra per osprehendit, ex quo conjectura nostra firmatur. — CANGIUS IN ADDIT.) Alium Constantini nobilissimi cæsaris damus, cūsum anno votorum vicennialiorum 20 qui pro lemmate BEATA TRANQUILLITAS præfert, ex qua quidem inscriptione perperam Constantino Magno affictus videtur, cum cæsaream is dignitatem paulo ultra biennium tenuerit, Cæsar, quo pater augustus dictus est, anno renuntiatus, ipsoque post annos duos et tres menses extincto, imperator pariter appellatus : ac proinde vota pro Vicennialibus Constantini M. cæsaris solvi non potuere, qui ad ejusdem dignitatis decennium non pervenerat : ex quo Constantini junioris esse par est credere, in cujus nummis eadem vota in cippo etiam exarata leguntur, sed cum additione JUN. quæ in hoc abest. Neque tamen Constantinus junior consulatum gessit hoc cæsareæ dignitatis votorum Vicennialiorum anno, qui in Christi 326 cedit, adeo ut ex hisce adpictis equis circenses in consulatibus non semper, sed in votorum nuncupatione interdum datos liceat colligere. Idem dicendum videtur de Crispi nobilissimi cæsaris nummo, anno pariter votorum Vicennialiorum cuso, quod consulis dignitatem etiam non obtinuit. Ita denique effingitur Jovianus in medallione, quem suo loco delineamus.

## XXII (XV).

## NIMBUS.

Circulis, sanctitatis apud nos indicibus, ambiri innumera capita imperatorum Constantii ac Constantis, et Theodosii junioris, ac Placidii Valentiniani in eorum nummis consularibus. Qui quidem circuli videntur consularis dignitatis insignibus accenseri a Mamertino<sup>3</sup>, in panegyrico Maximiano dicto : « Trabæ vestræ triumphales, et sellæ cu- « rules, et hæc obsequiorum stipatio, et fulgor, et illa lux « divinum verticem claro orbe complectens, vestrorum sunt « ornamenta meritorum. » Nam quod Latini *nimbus* dicunt, alii *lumen* appellant, ut Servius, ad illud 2. *Aeneid.*, ubi de Pallade :

..... nimbo effulgens, et Gorgone sæva.

« Id est, *inquit*, nube divina est enim fulvidum lumen, « quod capita deorum tinguit. » Ita etiam Honorius Augustodunensis<sup>4</sup> : « Lumina quæ circa capita sanctorum in « modum circuli depinguntur designant quod lumine æterni « splendoris coronati fruuntur. Idcirco vero secundum for- « mam rotundi scuti pinguntur, quia divina protectione, ut « scuto, nunc muniuntur. » De nimbo ita rursum Servius, ad illud ex 3. *Aeneid.* :

Et lunari in nimbo nox intempesta tenebat.

« Proprie, *inquit*, nimbus est qui deorum vel imperatorum « capita, quasi clara nebula nubere fingitur. » Et Isidorus<sup>5</sup> : « Lumen quod circa angelorum capita pingitur nimbus « vocatur : licet et nimbus sit densitas nubis. » Sed et quod Anastasii consulis utroque diptycho, Leodiensi scilicet et Bituricensi, affingitur, in conchæ figuram radiatum, nimbus videtur. Ejusmodi igitur luminosis circulis capita sua ambiri augusti voluere, iis etiam postea consulibus communicatis, ut divinitatis speciem quandam sibi assererent, cum nimbis, seu claris nubibus, deos suos ita in picturis ac

1. L. 4, ep. 8. — 2. P. 60. — 3. N. 3. — 4. Lib. 1, c. 133. — 5. Lib. 19, c. 31.



tabellis ambirent<sup>1</sup>. Hinc tam frequens divinitatis, numinis, ac æternitatis, ab iis usurpata vocabula et epitheta, quibus plenæ sunt imperatorum leges, locis pridem ab aliis indicatis<sup>2</sup>. Verum hæc veniam aliquam merentur in augustis, quorum adeo ampla fuit potestas, si recentiorum imperatorum expendatur ambitio, qui hominum omnium vanissimi, ac omni facinorum genere contaminatissimi, provinciis etiam suis pene exuti, et intra Urbis mœnia, paucorumque circumjacentium oppidorum limites coerciti, sanctos sese a subditis, atque adeo ab ipsis Constantinopolitanis patriarchis cæterisque pontificibus compellari voluerunt, ut doceretur ex Pachymere<sup>3</sup>: cum eundem titulum summo Romæ pontifici denegarent, quod tradit idem scriptor<sup>4</sup>: contra quam Magnus ipse Constantinus, qui *sanctum* se, vel certe *divum*, appellari prorsus renuit, ut tradit Juvenius, lib. 4. Historiæ Evangelicæ extremo:

Hæc mihi pax Christi tribuit, pax hæc mihi sæcli,  
Quam fovet indulgens terræ regnator apertæ  
Constantinus, adest cui gratia digna merenti.  
Qui solus regum sacri sibi nominis horret  
Imponi pondus, quo justis dignior actis  
Æternam capiat divina in sæcula vitam.

Hinc formula compellationis vulgata, *Δεσπότη μου ἄγιε*, quam observare licet non semel in Rationali Peræquatorum sub Alexio Comneno exarato, Codino<sup>5</sup>, et aliis scriptoribus Byzantinis. Jure igitur Isaacium Angelum suggillabat Fridericus I. imperator, ejus legatos alloquens<sup>6</sup>: « Dominus « vester sanctum se appellat: mirabilis est sanctitas quæ « sanctos viros, honestos, religiosos, benigne, utpote fideles « nuncios, in oscula pacis exceptos, in quorum ore non est « inventum mendacium, nec iniquitas, subito consuevit in- « carcerare, et fame ac nuditate usque ad mortem macerare. « Longe faciat a nobis Deus talem sanctitatem. »

## XXIII.

## CONSULARIS DIGNITAS QUANDO DESIIT.

Atque hæc quidem de consularis dignitatis insignibus: sed quando illa demum desierit apud Byzantinos, non omnino planum est. Illud constat consulum ordinariorum extinctam dignitatem sub Justiniano, quam sibi solis asseruere postmodum imperatores ipsi, qui perinde, ac jam olim Vitellius, hac videntur ratione *consulis perpetui* titulum sibi adrogasse<sup>7</sup>. Quod et ipse Justinianus exerte ait<sup>8</sup>: « Τὸ μὲν βασιλεὺς διηγεκῆς « ὑπεστὶν ὑπατεία, πᾶσι πόλεσι τε καὶ δήμοις καὶ ἔθνεσι. καὶ ἐπ' ἐκάσ- « τῆς τὰ δοκοῦντα διανέμονται προσέρχεται δὲ, ἡνίκα αὐτὸς νεύσειεν. ἢ « στολή. » Quibus quidem verbis hoc voluit Justinianus, ut vir doctissimus censet<sup>9</sup>. cum perpetuum consulatum imperator gerat, vi scilicet ipsa, quatenus omnibus civitatibus, populis, gentibusque seu provinciis, vel pro arbitrio jus reddit, vel imitatione consulum largitur munera, et subditis suis quæ collibitum est distribuit, stolam tamen consulem aliaque insignia principi accedere, cum ipse annuerit. Primus autem Gordianus imp. vestes consulares, *palmatam tunicam et togam pictam*, privatus suas fecit, ut auctor est Capitolinus. (Vetus inscriptio apud Aringh. lib. 3, c. 3, pag. 250, sic clauditur epithaphium cujusdam Draconi: « Depos. VII idus maias, Leone « juniore Aug. primum cons. » Post consulatum igitur Basilii junioris, qui solus magistratum iniit anno 14 Justiniani, Christi 541, nullus consul ordinarius creatus est: quod Justiniani avaritiæ adscribit Procopius<sup>10</sup> sed anni numerati sunt ab ejus consulatu, hac formula, *Post consulatum Basilii junioris anno* 1, 2, et sic deinceps, usque ad 25, qui incidit in annum quo Justinianus extinctus est. Tum enim Justinus junior consulatum iniit, cujus solennem apparatus et *processum* pluribus descripsit Corripus<sup>11</sup>, et quoad vixit, hanc dignitatem sibi soli adseruit, annis ita recensitis, ut est apud Marium Aventicensem. *anno* 2, 3, 4, etc., *consulatus Justinii junioris augusti*. In Chronico Alexandrino sic ejusdem recensentur anni, *anno* 1 Justinii, *post consulatum Justinii junioris solius*, et ita deinceps usque ad annum quo obiit. Verum adscriptæ Novellis Justinii constitutionibus, tum a Scrimgero, tum a Fræncisco Pithæo post Julianum Antecessorem editis,

subscriptions in recensendis consulatus Justinii annis nulatenus sibi coherent, adeo ut mendis haud carere in plerisque liceat suspicari. Dehinc idem Tiberius imperium et consulatum excepit, ejusque anni hoc modo numerantur in eodem Chronico Alexandrino: « Ind. 12, Tiber. 2, post « consulatum Tiberii Novi Constantini iterum solius. » Deinde, anno secundo: « Anno Tiber. 2, post consulatum « Tiberii Novi Constantini iterum solius. » Deinde, *tertium solius*. Verum longe aliter anni imperii Tiberii Augusti exarati interdum leguntur. Quippe Pragmaticum ejusdem Tiberii *de Filiis colonorum*, editum ab eodem Pithæo, datum dicitur *anno octavo, et post consulatum ejus anno tertio*. Præterea vetus Scheda adscripta Collectaneo ex libris sancti Augustini ab Eugippio scripto, a viro doctissimo Joanne Mabillonio edita<sup>1</sup>: « Ego Petrus notarius Ecclesiæ Catholicæ Neapoli- « tanæ, ut potui, emendavi sub die iduum decembrium, « imperatore domino nostro Tiberio Constantinopolis « augusti anno septimo, post consulatum ejusdem augusti « anno tertio, indictione quinta decima, obsidentibus Lango- « bardis Neapolitanam civitatem. » Unde plane colligitur annos imperii auspiciatum Tiberium a 7 sept. ind 8, an. 574, quo cæsar et Imperii successor dictus est a Justino. Eo mortuo Mauricius imperium iniit anno Christi 582, quo consul defuit, ut est in Chronico Alexandrino: « Ἰνδ. α' πρῶτος « ἐνιαυτος ἀνύπατος, καὶ ἐκ κοινοῦ δόγματος ἐγράφη. Μετὰ ὑπατείαν « Τιβερίου Κωνσταντίνου τοῦ τῆς θείας λήξεως ἔτους τετάρτου. » « Indictio prima, primus annus caruit consulibus: atque « ex communi decreto scriptum est, Post consulatum divæ « memoriæ Tiberii Constantini anno quarto. » At sequenti consulatum iniit Mauricius solus<sup>2</sup>. (Theophanes an. 2 ejusdem Mauricii: « Τοῦτω τῷ ἔτει μηνὶ Δεκεμβρίῳ Ἰνδ. Β' ὑπατος ὁ « Βασιλεὺς προσαγορεύεται, καὶ πολλοὺς θησαυροὺς τῆς πόλεως ἐδώρησατο. » « Hoc anno mensis decembris die vige-simo indict. 2. impe- « rator consul est designatus, et multos thesauros urbi « largitus est. Legitur vetus inscriptio apud Reines. p. 960, quæ sic clauditur: « IMP. D. N. MAURITIO PP. AUGUSTO ANNO « III POST CONSULATUM EJUSDEM AN. II IND. IV. — CANGIUS « IN ADDIT. ») Exhinc qui excepere Mauricii anni sic numerati, *anno* 2, 3, etc., *post consulatum Mauricii augusti solius*: atque ita deinceps usque ad 20, quo a Phoca tyranno est interemptus, qui statim consulatum cum imperio adiit. Ejus autem primus imperii annus sic in Actis publicis consignatus est<sup>3</sup>: « Consule Phoca solo. » Secundus vero, « Post « consulatum Phocæ augusti » At tertius sic inscribitur: « Post consulatum Phocæ augusti primum. » Deinde quartus: « Post consulatum Phocæ augusti secundum, » et sic deinceps usque ad octavum, qui inscriptus est, « Post consula- « tum Phocæ augusti sextum, » quo et neci datus est ab Heraclio. Sed cur primus Phocæ consulatus in tertium Imperii annum videatur rejici, cum consulatus ejusdem imperatoris primo et secundo mentio facta fuerit, fateor me non assequi. Exin idem Heraclius imperium auspiciatus est indictione 14 octob. 7 a quo quidem die ad 13 januarii in publicis tabulis adscriptum tantum, « anno primo Heraclii « imperatoris. » Sed postea ab eodem die ad ultimum decembris decimæ quintæ indictionis additum, « Et consulatu « ejusdem religiosissimi domini nostri. » Nam licet, ait auctor Chronici Alexandrini, in publicum curru vectus non processerit, illud tamen tempus ejus consulatui adscriptum est. Annus deinde secundus Heraclii sic notatus: « Secundo post « consulatum Heraclii augusti. » Mox a 22 januarii, quo filius Constantinus a patre dictus est imperator, indictione 2 statutum est<sup>4</sup> ut post verba ista solennia: « In nomine, *scribe- « retur*, Imperii divorum dominorum nostrorum et benefi- « centissimorum Flavii Heraclii piissimi anno 3 post « consulatum ejus anno 2 et Flavii Novi Constantini a Deo « protecti filii ejus anno 1 semper augustorum et imperato- « rum. » Descripsit Beda<sup>5</sup> Epistolam Honorii PP. ad Honorium Dorovernensem ep., quæ ita clauditur: « Data die tertia « iduum januariarum (al. juniarum), imperantibus dominis « nostris, piissimis augustis, Heraclio anno vicesimo « quarto, post consulatum ejusdem anno vicesimo tertio, « atque Constantino filio ipsius anno vicesimo tertio, et « consulatus ejus anno tertio: sed et Heraclio felicissimo « cæsare item filio ejus anno tertio, indictione septima. » Id est, addit Beda, anno Dominicæ Incarnationis DCXXXIV; quæ quidem adscripta temporis nota, mendo haud videtur carere. Siquidem enim, quod tradit Theophanes, Heraclius novus Constantinus 1 januarii die, anno VII. Heraclii, Christi DCXVII consulatum iniit, et publice processit, idemque fratrem Heraclium, seu Heracleonam, cæsarem dixit, utrius-

1. <sup>1</sup> De nimbo, cujus mentionem hic facit Cangius, videndus omnino liber cui titulus: *Sculture e puture estratte da cimiteri, etc.*, tom. 3, pag. 88. Hoc nimbo ornantur capita nonnullorum heroum in Codicibus Vaticanis qui Virgilio opera continent. Bottarius. — 2. Filesac, l. 1, de Idololatr. Polit. c. 4. — 3. L. 6, c. 31: lib. 40, c. 11, 29, 32. — 4. Id. l. 9, c. 5. — 5. De Off. c. 4, n. 31, c. 8, n. 2. — 6. Tageno Palav. [ap. Freher-Struv. tom. 1, pag. 409]. — 7. Grut. 239, 1. — 8. Nov. 105, § 4. — 9. P. Faber Sanjorian. — 10. In Anecd. c. 26, — 11. L. 4.

1. Tom. 2, Analect. 11. — 2. Beda, lib. 1, Hist. Eccl. cap. 24. — 3. Chr. Alex. — 4. Synodus VIII, Act. 1. — 5. Edit. Chifflet. l. 2, capite 18.

que dignitatis non potuit esse annus tertius ; sed debuit esse decimus septimus. Mortuo Heraclio aug. Heraclius alter, qui et Constantinus nuncupatus est, vulgoque Constans vocatur a scriptoribus, ejusdem Heraclii, ex filio Heraclio juniore Novo Constantino nepos, imperatorum titulum adeptus mense junio indict. 14 post patris obitum sequenti indictione consularem dignitatem iniit. Exstat enim epistola Theodori PP. ad Babolenum Bobiensem abbatem, « data quarto nonas « maii, imperii domini piissimi augusti Constantini anno « secundo, consulatus primo, indictione prima. » Unde colligitur, consulatum iniisse 1 januarii anno imperii 2 quod mense junio 15 indictionis iniit, cum tertius mense junio inciperet indictione eadem prima. (Synodus deinde sexta œcumenica inita dicitur Constantinopoli, « Constantino « (Pogonato) imperatore. an. 27, et post consulatum ejus an. « 13, Heraclio vero atque Tiberio ejus fratribus an. 22, indict. « 3. » Christi scilicet 680 : unde colligitur, patre superstite dictum imperatorem, a cujus morte illius consulatus putatur. — CANGIUS IN ADDIT.) Exinde Acta lib. a dæm. virg. an. 713 apud Baronium<sup>2</sup>, consulatus Anastasii, seu Artemii imperatoris, mentionem agunt quorum initium ita concipitur. « Imperante domino nostro piissimo perpetuo augusto Anas- « tasio magno imperatore, anno primo, et post consulatum « ejusdem serenitatis anno primo, etc. » Concilium Romanum sub Gregorio II PP. an. 721, celebratum dicitur<sup>3</sup>, in ejus præfatione, « imperante domino piissimo augusto Leone, a « Deo coronato, magno et pacifico imperatore, anno VI, post « consulatum vero ejus anno XVI, sed et Constantino Novo « imperatore ejus filio an. II mense aprili, indictione IV. » Ubi indubie delenda litera numeralis X, tametsi in subscriptione rursus reperiatur. Copronymus mortuo Leone parente anno 741 junii 18 consularem titulum pariter sibi adscripsit, quod præ cæteris testatur inscriptio Romanæ synodi actæ sub Zacharia PP. anno 744 mensis octobris 25 indict. 14 : « Imperante domino piissimo augusto Constantino impera- « tore, anno 26 post consulatum ejus anno quinto<sup>4</sup>. » Ubi annus imperii numeratur ab anno quo imperator a patre dictus est : consulatus vero ab eo quo in solidum augustus est factus eo extincto. Sed consulatus Copronymi notam abesse ab aliis codicibus manuscriptis observat Baronius. Certe in epistolis ejusdem Zachariæ pontificis consulatus annus non adscribitur, sed tantum imperii initi ab primæ inauguratione, et a patris obitu, hac formula : « Imperante « domino piissimo augusto, a Deo coronato, magno impera- « tore, anno 32 imperii ejus anno 11, indictione 5. » Ita Artabasduus arrepta post soceri Leonis mortem suprema dignitate consul etiam dictus est, quod docet inscriptio a nobis relata in filii Nicephori Elogio<sup>5</sup>. Leonem vero ipsum consularem dignitatem iniisse evincunt ejus nummi, in quibus cum loro et mappa, ejusdem dignitatis insignibus, effictus conspicitur<sup>6</sup> : cum aliquot alii qui eum exceperunt augusti, non cum mappa, sed cum loro tantum effingantur : ita tamen ut incertum maneat an revera consulis titulum sibi reservarint. (Denique in concilio Nicæno II illud initum dicitur : « Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς αὐτοῦ μητρὸς ἔτους ὀγδόου « τῆς αὐτῶν ὑπατείας. » Ubi observandum etiam per Irenes ὑπατείας imperii annum indigitari. — CANGIUS IN ADDIT.) Hæc necessario de consulari dignitate hoc loco inserenda duximus, ut cur consularia insignia sibi adrogarint in nummis suis sequioris ævi augusti, planum fieret.

## XXIV (XVI).

## CÆSAREA INSIGNIA.

Quæ quidem hactenus dicta sunt, augustorum aut cæsarum qui consulari dignitate florebant, vestes ac indumenta spectant. At cum alia cæsareæ atque imperatoris etiam majestatis in ævi sequioris nummis occurrant insignia, quæ vix aut raro habentur in eorum numismatibus qui Constantinum præcesserunt, de iis quædam perinde videntur præmittenda. Ut autem a cæsarum diadematis initium ducatur, ex quo a Trojano, adscito ad imperium Hadriano, « divisa nomina « Cæsarum atque Augusti, inductumque in republicam, « uti duo seu plures summæ potentia, dissimiles, cognomento « ac potestate dispari essent, ut ait Aurelius Victor<sup>7</sup>, ii non « modo imperatorii muricis fulgore flagrarunt, » ut verbis utar Ammiani<sup>8</sup>, sed et laurea et diademate donati sunt, quod

1. Ughell. tom. 4, Ital. sacr. p. 1334 ; Margarinus, in Bullario Casin. p. 2. — 2. Baron. an. 743, n. 6. — 3. Othlonus, lib. 2, de Vita S. Bonif. c. 5. — 4. Baron. an. 745, n. 23 ; Bullar. Casinense, tom. 2, p. 3. — 5. In Stemmat. Byzant. — 6. Vide Gloss. in Consulatus. — 7. Victor Schotti. — 8. Lib. 15, p. 49 ; Olympiod. p. 197.

ex eorum nummis colligitur, ubi interdum nuda fascia aut tænia caput cinguntur, ut Constantinus junior in eo qui inscriptionem præfert. PRINCIPI JUVENTUTIS : interdum corona radiata, ut Constantius Chlorus in compluribus, præterea Licinius junior in altero, cui inscriptum, VIRTUS EXERCIT. ; et Constantius Constantini M. filius in aureo, cujus aversa pars typo caret. Denique Juliani cæsaris caput, eodem quo is postmodum imperator usus est diademate duplici scilicet, margaritarum linea, cum lapillo ad frontem grandiori, exornatum exhibet ejusdem votorum quinquennialium nummus. Ex quibus prorsus evanescit viri doctissimi conjectura<sup>1</sup>, qui cæsares diademate usos negat, quod contra evincit etiam Constantini Magni nummus ab ipsomet, Tristano, et Gretzero descriptus, in quo Crispus et Constantinus junior filii cum gemmato diademate effinguntur<sup>2</sup>. Et sane diadema cæsaribus tribuere Zonaram, Theophanem, Manassem, Glycam, et alios, a nobis<sup>3</sup> haud ita pridem est observatum ad Joinvillam, ubi plura de imperatorum ac regum coronis concessimus : quod firmat præterea Eusebius<sup>4</sup>. Nam quod ex scriptoribus aliis diadema soli augusto fastigio vindicatur, id verum omnino : cum in augustis imperatoris, in cæsaribus cæsareæ dignitatis symbolum haberetur.

## XXV (XVII).

## CAMELAUCIUM.

Varias deinde diadematum species in imperatorum Constantinopolitanorum monetis, priscis haud cognitatis, intueri licet ; in quibus præ cæteris illud conspicuum est quo Constantini et successorum capita teguntur. Calyptæ enim speciem præfert, qua totum caput ambitur, vel cassidis, apice, quem τούραν vocabant, decoratæ, quam quidem ab ipso Constantino adinventam auctor est Polemæus Silvius in Laterculo. « Constantinus, inquit, senior, qui Christianæ « religionis ministros privilegiis communivit, diadema capiti « suo, propter refluentes de fronte propria capillos (pro qua « re saponis ejusdem cognominis ordinata confectio est) quo « constringerentur, invenit, cujus more hodie custoditur. » A Constantino igitur inductus istius diadematis usus ad posteros promanavit, non tamen ut gestatum est a Constantino, sed aliquanto diversi quod ex illius numismatibus licet advertere, ac duobus potissimum, priore, cujus aversæ parti inscriptum, SOLI INVICTO COMITI : et altero in quo prolemmate est, VICTORIÆ LÆTÆ PRINCIPUM. Præterquam enim, quod more cassidum, sub mento Constantinianum istud diadema alligatur, qui imminet apex diversus est ab eo qui postmodum eidem calyptæ superponitur in successorum imperatorum nummis, et qua ex iis primus Constans Constantini M. filius conspicuus effictus in eo numismate votivo, quod in clypeo scriptum exhibet, VOT. XXX. MULT. XL. cujusmodi qui subsecuti sunt augustos usos passim testantur eorum nummi. Sed cum de hocce diademate cæterisque fere ævi sequioris augustorum coronis loco jam indicato copiose disseruerimus, his omissis juvat tantum monere posteriores augustos diademata sua fere semper cruce decorasse, cujus moris primus, ex nummis, auctor colligitur Justinus, quem secuti sunt Tiberius, Mauricius, Phocas, et cæteri quorum crucigeros omnes pridem collegerunt Lipsius et Gretzerus<sup>5</sup>.

## XXVI (XVIII).

## GLOBUS CRUCIGER.

Sed et Globos cruce perinde insignitos gestant in iisdem imperatores christiani, quos prioris ævi augusti nudos deferebant, quibus se dominos orbis indicarent. « Pilam, inquit « Isidorus<sup>6</sup>, in signo constituisse fertur Augustus, propter « nationes sibi in cuncto orbe subjectas, ut magis figuram « orbis ostenderet. » Id ipsum præterea in nummis præstitit, in quibus orbem sive globum describi curavit : ex quo usus deinceps invaluit, ut aliquot ex iis qui subsecuti sunt imperatores in suis pariter monetis effingi se pariter voluerint cum globo in dextra, quo, ut diximus, universi orbis imperium adeptos se denotarent : hoc enim symbolo teretem terræ figuram semper adumbrarunt. Hinc Martianus Capella<sup>7</sup>

1. Spanheim. dissert. 8, p. 682. — 2. \* In museo Mediceo Florentiæ Constantini M. protonæ marmorea conspicitur diademate gemmato exornata. Bottarius. — 3. Dissert. 24. — 4. L. 1, de Vita Constant. c. 18. — 5. In libr. de Cruce. — 6. L. 18, c. 3. — 7. L. 1.



« duos globosos orbes, quorum unus auro, electro alius præ-  
« nitebat, dextra porrectiore corripuisse » Jovem fingit,  
eoque habitu in deorum consistorio consedissee, quibus cœli  
et terræ imperium designaretur. Ita auctor est Codinus<sup>1</sup>  
stetisse Constantinopoli Jovis ejusdem statuam, quæ  
globos tres dextra tenebat, qui tria, inquit, mundi climata  
illius subdita dominatui indicarent. Narrat Ammianus<sup>2</sup>  
« Maximiani statuam cæsaris Antiochiæ, locatam in vesti-  
« bulo regiæ, amisisse repente sphaeram æream formatam in  
« speciem poli, quam gestabat. » Imperatores vero mundi se  
dominos appellasse satis declarant Caracallæ et Didii  
Juliani nummi, in quibus uterque globum manu gestat, cum  
hac epigraphe, RECTOR ORBIS<sup>3</sup>. Et Constantius in obelisci  
Romani inscriptione DOMINUS MUNDI dicitur, quam quidem  
appellationem affectasse præ cæteris tradit Ammianus<sup>4</sup>,  
scribens « confestim a justitia ita declinasse intemperanter,  
« ut æternitatem meam aliquoties subsereret ipse dictando,  
« scribendoque propria manu orbis totius se dominum appel-  
« laret. » Sic Juliano in vet. inscriptione idem titulus datus  
legitur<sup>5</sup>; et apud eundem Ammianum<sup>6</sup> Valentinianus orbis  
terrarum dominus appellatur a quodam Theodosio magistro  
militum. Scribit Basilius, Seleuciæ episcopus<sup>7</sup>, qui impera-  
torum imagines aspiciunt, cum stupore demirari chlamydem  
marino flore collucentem, ac diadema lapillorum lumine corus-  
cans: tum, *χειρὰ τῷ σφαιροειδεῖ σχήματι τοῦ κόσμου τὸν κύκλον τοῖς*  
*δακτύλοις φέρειν νομιζομένην manum denique, quæ orbem terrarum,*  
*in modum sphaeræ formatum, digitis gestare creditur.* Ejusmodi  
globis in nummis effictis insistent interdum victoriolæ,  
laureas coronas porrigentes imperatori, interdum cruciculæ.  
Sed posterioris istius usus notam ante Valentiniani tempora  
in iisdem vix reperire est tametsi crucis figura variis in locis  
impressa post Constantinum observetur: nisi ad Constanti-  
num aut Constantium filium referenda sit gemma, cujus  
ectypon exstat in Dactylitheca<sup>8</sup> manuscripta Ludovici Cha-  
lucii, in qua insculptus globus cruciger, cum A et Ω charac-  
teribus, qui Deo adscribi solent, qui, quod de Jove dixit  
Orpheus<sup>9</sup>, est ἀρχὴ πάντων, πάντων τε τελευτῆ, et hisce aliis in  
circuitu, SAL. GEN. HUM. CONST.; id est, ut interpretatur  
idem Chalucius, *Constantius, salus generis humani*, quomodo  
in nummis indigitantur M. Lepidus, C. Cæsar, Galba, et  
aliquot alii, nisi hæc ad crucem referri debeant, quod idem  
censet, atque suadere videntur characteres CONST. globo  
crucigero subjecti, quibus forte Constantinopolis intelligitur,  
ut in primo nummo Justinii junioris auro, in quo pene similis  
effingitur figura. In hoc porro nummo auro Valentiniani,  
quem descripsimus, sedet figura stolata et galeata, qua Roma  
forsitan aut Constantinopolis adumbratur, sinistra has-  
tam, dextra globum tenens, cui crux insidet. Exhinc crucige-  
ros globos in utriusque Theodosii, et aliorum qui subjecti  
sunt, numismatibus conspicimus. Quin et equestris Justi-  
niani in Augustæo posita statuam similem globum sinistra  
continuit, ut exerte habet Procopius<sup>10</sup>: Ἐχει δὲ, inquit, οὐτε  
ἕξος, οὐτε δοράτιον, οὐτε ἄλλο τῶν ὅπλων οὐδέν. ἀλλὰ σταυρὸς αὐτῷ  
ἐπὶ τοῦ πύλου ἐπίκειται, δι' οὗ δὴ τήν τε βασιλείαν καὶ τὸ τοῦ πολέμου  
πεπρόρισται κράτος, non gladium, non hastam, aliudve gestat  
armorum genus, sed crucem globo impositam, cujus opera  
imperium ac belli victoriam adeptus est. Similia ferme habent  
Cedrenus, Suidas, Glycas, Codinus, et Georgius Pachymeres  
in ejusdem statuæ descriptione manuscripta. Ac Suidas quidem  
de globi crucigeri istius significatu hæc commentatur·  
Καὶ τῇ μὲν ἀριστερᾷ χειρὶ φέρει σφαῖραν, ἐμπειρηγὸτος τοῦ σταυροῦ  
ἐν αὐτῇ, ὑποσημαίνοντος ὡς διὰ τῆς εἰς σταυρὸν πίστεως τῆς γῆς  
ἐγκρατῆς ἐγεγόνει· σφαῖρα μὲν γὰρ ἡ γῆ, διὰ τὸ σφαιροειδὲς τοῦ αὐτῆς  
σχήματος, πίστις δὲ ὁ σταυρὸς, διὰ τὸν ἐν αὐτῷ σαρκὶ προσηλωθέντα  
θεόν. *Læva quidem manu globum tenet, cui crux infixæ est, quæ  
significat ipsum propter fidem in crucem, terræ dominum fac-  
tum. Globus enim is terra est, propter rotundam ipsius figuram:  
fides vero est ipsa crux, ob incarnatum Deum illi clavem affixum.*  
(\*) Sed et nec omittendum est Johannem grammaticum  
Gazæum in descriptione tabellæ universi, globo crucem im-  
posuisse, quam etiam describit versibus sat comptis, apud  
Rutgersium, lib. 2. Var. Lect. cap. 7.)

## XXVII (XIX).

GLOBUS CRUCIGER INTER INSIGNIA IMPERATOR.  
OCCID.

A Byzantinis et Orientalibus augustis transiit ad Occiden-  
tales globus iste cruciger: nam Carolus Calvus hunc sinistra

1. Orig. — 2. L. 25. — 3. Bæus, ad August. p. 52. — 4. L. 15. — 5. Gruter.  
1086, 7. — 6. L. 29. — 7. Serm. 2, p. 9. — 8. P. 18. — 9. Hymno in Jovem. —  
10. L. 1, de Æd. c. 2.

gestat in ejus imagine quam delineari curavit Steph. Balu-  
zius, tametsi forte necdum imperator. Henrico II imperatori,  
ut auctor est Glaber Rodolphus<sup>1</sup>, sub annum 1013, Benedic-  
tus VIII PP. similem globum, a se vel inventum, vec com-  
pactum, obtulit: « Præcepit fabricari, inquit ille, quasi au-  
« reum pomum, atque circumdari per quadrum pretiosissi-  
« mis quibusque gemmis, ad desuper auream crucem inseri.  
« Erat autem instar speciei hujus mundanæ molis, quæ  
« videlicet in quadam rotunditate consistere perhibetur, ut  
« dum siquidem illud respiceret princeps terreni imperii,  
« foret ei documentum non aliter debere imperare vel mili-  
« tare in mundo, quam ut dignus haberetur vivificæ crucis  
« tueri vexillo. » Neque ab his absona habet de crucigeri  
istius imperatorii symboli significatu Chronicon Flandriæ<sup>2</sup>  
vernaculum, ubi de coronatione imperatoris Henrici Luxem-  
burgii, sub annum 1308: « Et li mirent en la main senestre  
« une pomme de fin or, et une croix dessus, en signifiante  
« que la pomme, qui estoit toute ronde, signifie le monde, de  
« quoi il estoit souverain gouverneur; et la croix signifoit  
« que toudis il eust la Passion Notre-Seigneur en mémoire. »  
Similia etiam tradit Godefridus Viterbiensis<sup>3</sup>, qui globum  
istum *pallam* appellatum scribit; a teutonico forte *paleyen*,  
quod orbem sonat: vel a gallico *balle*:

Aureus iste globus Pomum vel Palla vocatur,  
Unde figuratum mundum gestare putatur,  
Quando coronatur palla ferenda datur.

Infra:

Crux superest pomo cœli super insita dono, etc.  
Crux et palla simul pariter connexa tenentur:  
Hæc magis, illa minus parte reverenda videntur,  
Hæc ferit, hæc sanat, hæc perit, illa manet.  
Si mundana cupis pugno concludere regna,  
Significata Crucis tibi sunt reverenter habenda;  
Servulus esto Dei, qui tua sceptræ regit.

Atque hæc fuit utriusque, maxime Occidentalis, Imperii au-  
gustorum pietas, ut inter dignitatis suæ symbola crucem sibi  
præferri, et globum, cui crux, in quam oculos defigerent,  
insisteret, gestare voluerint. Narrat Conradus Uspurgensis  
Henrico V. in imperatorem electo tradidisse parentem *regalia  
vel imperialia insignia, crucem scilicet et lanceam, scep-  
trum, globum atque coronam.* Quem quidem globum crucige-  
rum tenendi, ac imperatori cum inauguratur, porrigendi,  
comiti palatino Rheni, ex bulla aurea Caroli IV imperatoris,  
munus incumbit, qui ita novum augustum compellat:  
« Accipito globum sphaericum, et omnes terræ nationes Ro-  
« mano imperio subijcto. » Neque tamen imperatoribus pro-  
prios ac peculiaris fuit globus inter supremæ dignitatis  
symbola; nam et gestasse reges nostros, nudos tamen, tes-  
tatur Roberti regis sigillum, apud Dominicum<sup>4</sup> et alios, ut  
reges Angliæ Rogerus Hovedenus, Thomas Walsinghamus<sup>5</sup>,  
et Monstrelletus<sup>6</sup>. Etiam crucigeros detulisse Hierosolymi-  
tanos reges scribit Coquillius<sup>7</sup>; Poloniæ, Cromerus<sup>8</sup>; Hun-  
gariæ, Jessenius<sup>9</sup>; et Daniæ Hogembergius. Sed et *pomum*  
inter regum aragonensium insignia recensent Gesta Inno-  
centii III PP.<sup>10</sup>, ut et Petrus ipse rex Aragonum in Chro-  
nico<sup>11</sup>, quod de rebus a se gestis conscripsit. Sic autem des-  
cribitur a Raimundo Montanerio<sup>12</sup>, in Historia regum  
Aragonum, ubi de coronatione Alphonsi regis: « E lo pom  
« era d'aur, e havia al cap una flor ab peres precioses, e sobre  
« la flor una creu molt ricament ordonada de peres precio-  
« ses. » Octavianus Sangelasius in Viridario Honoris, ait  
Carolus VIII post fugatum Alphonsum, Neapolim ingres-  
sum, *comme roy de France, de Cecille, et Thérusalem, et qu'il  
fist grant triomphe et excellence en habillement imperial nommé  
et appelé auguste, et tenoit la pomme d'or ronde en sa main  
droite, et à l'autre main son sceptre, etc.* At cum globus cru-  
ciger pro imperatorio præsertim symbolo hactenus habitus  
sit. Franci nostri in regiarum puellarum commutatione acta  
anno 1614, cum coronam globo crucigero in apice decora-  
tam, Hispanici regis armorum insignibus adpositam in His-  
panorum tabernaculis conspexissent, in augusto isto com-  
mercio ulterius progredi recusarunt, donec amoveretur; ne  
hocce symbolo prærogativam aliquam in Francos sibi arro-  
gare viderentur Hispani<sup>13</sup>.

1. L. 1, c. ult. — 2. C. 51: vide Knightonum, p. 2572. — 3. In Panth. —  
4. Assertor Gall. Hist. S. Martin. de Camp. — 5. P. 196. — 6. Vol. 1, c. 266. —  
7. In Histor. Nivern. p. 352. — 8. In Polon. l. 2. — 9. In relat. de Coronat. Reg.  
Math. — 10. P. 131, 135: Epist. Martini IV PP. tom. 5, Hist. Franc. p. 878. —  
11. L. 2, c. 10 — 12. C. 297. — 13. 10 Mercur. Gall. p. 94.



## XXVIII (XX).

## LABARUM.

In inferioris ævi præterea numismatibus vexillum militare, quod *labarum* appellant, ab ipsis principibus sæpe gestari ac teneri advertimus. Illud autem ita effictum est, ut pensilis pannus, fimbriis aliisque ornamentis instructus, et transversario, antennæ specie, ligno affixus, a suprema conti parte funiculis dependeat. Id porro et si non omnino nuperum, et ante Constantini ævum cognitum (cum istud cernatur in Hadriani et aliorum augustorum nummis inter Romanorum insignia militaria<sup>1</sup>. — C. in A.) labari tamen nomenclatura non nisi apud scriptores qui aut ipsius ætate, aut postea floruerunt, vix cognita vel usurpata; adeo ut in dubio sit an Romanorum proprium vexillum fuerit, an vero illud ii a nationibus barbaris acceperint, quod postremum existimare prorsus licet. Nam quod aliquando in priorum imperatorum nummis effictum occurrit, non propterea existimandum est Romanorum fuisse; sed ita in iis exhibetur, ut quibus id vexilli proprium fuit, gentes domitas fere semper denotet. Prostant tria Augusti numismata<sup>2</sup>, in quorum duobus figura nuda galeata dextra labarum, seu contum cum quadrato siparo fimbriato tenet, cum hoc lemmate: VOT SUSC PRO SAL ET RED IOM SACR.; id est: « Vota suscepta « pro salute et reditu Jovi optimo maximo sacrum. » Cui nempe bini hi nummi dum Augustus bella cum Germanis gereret, de quibus actum ab eo triumphum, vel certe partam victoriam, indicat alter, in quo scuta germanica bina (cujusmodi visuntur in Vitellii, Domitiani, Antonini, et aliorum monetis) decussatim cum spiculis posita, medio inter utrumque stante labaro. Cui similes pene prostant (Claudii Drusi, Domitiani et Commodi<sup>3</sup>; et alius — C. in A.) Domitiani cum inscriptione, DE GER<sup>4</sup>. Neque alia exprimitur figura in arcu triumphali Mari Avenionensi, in quo spolia de Cimbris, Germaniæ populis, effinguntur, cum eorundem vexillis et scutis<sup>5</sup>. Unde nuper detectum arcum illum triumphalem, tribus portis insignem, Remis urbe Galliarum celeberrima, a quodam ex iis augustis qui de Germanis victorias adepti sunt, erectum par est credere: in cujus quatuor *μεσοστόλοις* conspiciuntur rotundi clypei, in quibus effictum imperatoris caput, sed temporum injuria ita deformatum, ut cujus fuerit divinare non liceat. Supra clypeos qui in mediis duobus intercolumniis describuntur efficta conspiciuntur bina labara, decussatim posita, quorum hastilibus, sub siparo, affixi sunt clypeoli alii cum imperatoris imagine. In extremis vero intercolumniis, loco labarorum describuntur bini caducei, decussatim pariter positi: ex quibus satis constat erectum arcum istum triumphalem pace post devictos Germanos consecuta. Sed an Julii Cæsaris, uti vult Bergerius<sup>6</sup>, vel Juliani Parabatæ opus sit, quod innuere videtur vir clarissimus, cujus studio illius ectypum æri incisum hoc anno prodit<sup>7</sup>, non omnino quis definiat, tametsi et labari figura ante Constantinianæ familiæ tempora exstructum fuisse conjicere possimus, cum deinde Julianus, cum Germanos debellavit, nondum christianam religionem ejurasset, quod perfecit demum post Constantii mortem, in Illyrico. Ledæ enim imago satis prodit erectum arcum triumphalem ab imperatore gentile. At cum is recentioris ac minus probæ sit architecturæ, proindeque Augusti et priorum Romanorum principum germanicis victoriis adscribi vix possit, sub quibus illa tum maxime florebat, longe potius tribuendus videtur Probo imperatori, qui, ut auctor est Vopiscus<sup>8</sup>, « cum ingenti exercitu Gallias petiit, quæ omnes, occiso Posthumio, turbatæ fuerant interfecto Aureliano, a Germanis « possessæ, ubi tanta prælia feliciter gessit, ut a barbaris « sexaginta per Gallias nobilissimas reciperet civitates (quas « inter exstiterit Durocortorum Remorum). Et quum jam in « nostra ripa, imo per omnes Gallias securi vagarentur, « cæsis prope quadringentis millibus qui Romanum occupaverant solum, reliquias ultra Nicrum fluvium removit, etc. « Max subdit nec cessatum esse unquam pugnari, quum quotidie ad eum barbarorum capita deferrentur, jam ad singulos aureos singula, quamdiu reguli novem ex diversis « gentibus venirent, atque ad Probi pedes jacerent, quibus « ille primum obsides imperavit, qui statim dati sunt, deinde « frumentum, postremo etiam vaccas atque oves. » Qua quidem victoria pace reddita, coronas aureas Probo omnes Galliæ civitates obtulere, ut ipsemet in literis ad senatum scribit. (Exhinc cusi in Germanicæ istius victoriæ monumen-

tum Probi imperatoris nummi, quibus inscriptum: VICTORIA GERMANICA, quique pro typo tropæum inter duos captivos præferunt. Sed et alter præclarus Probi nummus, a Patino<sup>1</sup> descriptus, imperatorem habitu militari stantem exhibet, sinistra scipionem tenentem, oculis in supplices captivos conversis, cum hac inscriptione: VICTORIOSO SEMPER, quomodo in epitaphio idem augustus VICTOR OMNIUM GENTIUM BARBARARUM appellatur, nam præter Germanos, Gothos etiam et Sarmatas profligavit. — C. in A.) Unde admodum vero consentaneum ea tum tempestate a Remensibus arcum triumphalem erectum, in quo et victoria de Germanis per labarum et pax reddita per caduceos effingerentur. Pannonibus etiam in Hadriani nummo, et Armeniis tribuitur ejusmodi vexillum in binis aliis Antonini nummis<sup>2</sup>, in quibus est figura stolata ac pileata humi procumbens, et dextram lacrymabundæ instar admovens oculis, cum clipeo ad genua et labaro juxta defixo, in quorum altero subjectum lemma, ARMEN. Præterea Sarmatis, in nummo ejusdem Antonini (et in altero M. Aurelii apud Patinum<sup>3</sup>) quibus subjecta inscriptio DE SARMATIS. Denique in nummo altero Vitellii gradivus effingitur, dextra hastam, sinistra labarum tenens, cum hisce characteribus: CONSENSUS EXERCITUUM; cusus nempe videtur propter partas de Germanis victorias, de quibus etiam erecta in alio ejusdem imperatoris tropæa cernuntur, cum lemmate: GERM. CAPT. Ex quibus licet omnino conficere labarum non Romanorum proprium fuisse ab initio vexillum; sed a gentibus domitis, Germanis, vel Armeniis, quorum fuit, in victoriarum ex iis adeptarum monumentum vexillis suis hos illud adscripsisse; cum ex nummorum inspectione devictas provincias, armis maxime quorum apud illos usus erat, denotari palam sit. Nolim porro pro vero præstare quod scribit auctor anonymus de Miraculis sancti Bertini<sup>4</sup>, sequiore etiam sæculo, circa scilicet tempora Caroli Calvi, labari appellationem vexillis suis tribuisse Danos. « Pagani in « antefati collis cacumine principale vexillum, quod labarum « vocari fertur, alto stipiti pro terrore infixere. » Tametsi, uti labarum effingitur, Danorum fuisse vexillum indicare videatur auctor Encomii Emmæ reginæ<sup>5</sup>: « Erat, inquit « ille, de Danis verba faciens, eis vexillum, miri portenti, « quod, licet credam, posse esse incredibile lectori, tamen, « quia verum est, veræ inseram lectioni. Enimvero dum « esset simplicissimo candidissimoque intextum serico, nullius « lius figuræ in eo inserta esset imago: tempore belli semper in eo videbatur corvus, ac si intextus, in victoria « suorum quasi hians, excutiensque alas, instabilisque pedibus, et suis devictis quietissimus, totoque demissus. » Eadem ferme de corvis istis habet Asserus<sup>6</sup>, qui *reafau*, seu *reafan*, ut emendat Spelmannus, voce anglo saxonica id vexillum appellatum scribit, adeo ut incertum maneat an revera *labarum* voce danica ea tempestate dictum fuerit. Sed præsertim ita appellatum sub Constantino M. vexillum, in quo christianæ religioni initiatus, Christi monogramma describi curavit, quod τῶν ἄλλων τιμιώτερον, cæteris pretiosius et sanctius haberi, imperatorem semper præcedere, a militibus adorari, et in præliis a fortioribus exercitus militibus ambiri et stipari præcepit, uti narrant scriptores ecclesiastici<sup>7</sup>: quos quidem, milites esse eos plerique autumant quos *præpositos labarum* vocat Codex Theodosianus, cum quod *labarum* Ambrosius, Prudentius, et alii, *laborum* appellant Sotomenus, glossæ veteres apud Turnebum<sup>8</sup>, Acta secundæ synodi Nicænæ, et Aldhelmus<sup>9</sup>. Cum igitur labarum vexillum barbaricum fuerit, quod indicare videntur nummi, frustra de ejus nomenclatura hariolantur viri pereruditi, qui de signo hoc militari tam multa commentati sunt, ut iisce disquisitionibus tædeat immorari<sup>10</sup>. Illud autem passim in sequioris ætatis imperatorum nummis cum Christi monogrammate licet intueri: sed et in ipsius Constantini numismate<sup>11</sup>, in cujus aversa parte effingitur cum Christi monogrammate supra siparum, in quo quidem tres globuli describuntur: labari vero hastile draconem premit, cum hac inscriptione: SPES PUBLICA; infra: CONS.

1. Patin. in Thes. Numism. p. 162. — 2. Apud Bæum, p. 10, 17. — 3. Patin. in Thes. Numism. p. 51, 175. — 4. Bæus, p. 31, 46. — 5. Joseph de la Pise. — 6. In Hist. Remensi. — 7. \* Marlot, Histor. Metrop. Remens. — 8. Cap. 13.

1. In Thes. Numism. p. 14. — 2. Bæus, p. 40, 46, 50. — 3. Bæus, p. 47; vide Patinum, p. 397, et in Thes. Num. p. 169. — 4. L. 2, c. 11, apud Mabillonium. — 5. P. 169, 170. — 6. De Reb. gest. Ælfredi, p. 10. — 7. Euseb. l. 2, Vitæ Const. c. 8; Sosom. l. 1, c. 4. — 8. L. 15, c. 16. — 9. Aldhel. de Laudib. Virgin. — 10. Turneb. Iob. cit. Baron. an. 312, n. 23; Dorleans, ad Tac., Fuller. l. 2, Misc. Sacr. c. 1, l. 4, c. 12; Stoweckius, ad Veget. l. 3, c. 17; Grutzer, l. 1, de Sancta Cruce, c. 4; Tristan. tom. 3, Comm. p. 484; Jacob. Gotofr. ad tit. Cod. de Præp. labor, etc. — 11. Apud Baron.

## XXIX (XXI).

## NARTHEX.

At quod veteres e Latinis perinde ac Byzantinis scriptoribus *labarum* vocabant, posteriores *νάρθηκα*, seu *ferulam*, appellavere : siquidem imperatorum idem fuit gestamen quod revera videtur, etsi postmodum non eadem omnino forma ac figura. Labarum quippe, uti observatum supra, quadratum fuit, ex panno aut serico confectum, Christi insignitum monogrammata; narthex vero ferulæ solidæ speciem prætulit, quæ paulo longior quam latior fuit. Unde medicos quosdam *νάρθηκας* libros suos nuncupasse monitum a nobis ad Alexiadem quod libri speciem ferulæ omnino referant. Ejusmodi autem narthex præclare effingitur in bulla plumbea Balduini II, imperatoris Constantinopolitani, diplomati anni 1241 appensa : in qua Balduinus, imperatorio habitu sedens, dextra virgam tenet, in cujus parte superiori nescio quid quadratum oblongius eminet fimbria circumdatum, et ad extremos angulos globulis vel margaritis exornatum. Ab inferioribus vero angulis pendent vittæ, margaritis pariter distinctæ. Hastæ extremum claudit globulus, seu margarita grandior, cui minor insistit. Narthecem ipsum exteriorem exornat circulus ovali figura unionibus contextus<sup>1</sup>. At in narthecibus qui effinguntur in nummis apparent fere semper in quinquuncem dispositæ margaritæ; ita ut liquido evincatur diu servatas labari figuræ, seu Christi monogrammatismatis reliquias. Scribit Codinus<sup>2</sup> moris esse utquando imperator gestat stemma, dextra crucem, sinistra *νάρθηκα* teneat. Simeon vero Thessalonicensis ferulam gestari ab imperatoribus tradit, in potestatis iis indultæ populo subditos castigandi symbolum : *Καὶ ἔτι βάρβδον λαμβάνει. οὐ βαρεῖάν τινα καὶ σκληρὰν, ἀλλ' ἑλαφρὰν καὶ μαλακὴν, διὰ τὸ παιδευτικὸν ἐν πράξει. καὶ μὴ ὄργιον καὶ φαρτικόν, μηδὲ συντρίβειν καὶ ἀφανίζειν. Insuper etiam virgam assumit, non gravem quampiam et duram, sed levem et mollem, ut nimirum cum mansuetudine castiget non vero cum iracundia, aut quavis pernicie, neque aut confringat aut perdat.* Ita magistrorum aut pædagogorum ferulas arbitrati sunt sequiores Græci, quæ revera labara exstiterent.

## XXX (XXII).

## DE CODICE EVANGELIORUM AB IMPERATORIBUS GESTATO.

Prostat nummus aureus Basilii imperatoris, apud Octavium Stradam<sup>3</sup> (neque enim hunc alibi videre contigit), in quo Evangeliorum codicem dextra et globum crucigerum sinistra gestat. Alium etiam aureum Constantini nomen præferentem descripsit, quem Porphyrogenito adscribit, cum sit Pogonati, ut ex aversa parte colligitur, ubi imperator codicem perinde sinistra ad pectus gerit : tametsi nolimus omnino præstare fidem exsculptoris, cum existimari possit librum putasse, qui volumen fuit, ut in nummo Theophili aureo apud eundem describitur. Constat tamen interdum effictos imperatores cum Evangeliorum codicibus, tanquam constantis in fidem christianam animi argumento. Scribit quippe Porphyrogenitus<sup>4</sup> in avi vita, in quodam magni palatii triclinio a Basilio exædificato, quod *Καινοῦργιον* appellabant, expressum opere musivo in throno sedentem imperatorem operis conditorem, et conjugem Eudociam, imperatoris indumentis amictos, et coronis redimitos, cum communibus liberis, quorum masculi *τόμους ἐπιπερόμενοι* conspiciantur *τὰς θείας ἐντολάς, αἷς στοιχεῖν ἐπαιδεύοντο, περιέχοντας, libros divina præcepta, quibus ipsi insistere edocebantur, continentes* : feminæ vero et ipsæ *βίβλους τινὰς* tenebant, *νόμων θείων ἐχούσας περιοχὴν, libros in quibus divinarum legum argumenta descripta erant*, quasi, inquit Porphyrogenitus, in animo habuerit artifex non tantum progeniem masculam, sed et femineam sacris literis initiatam et divinæ sapientiæ participem esse demonstrare. Atque hi quidem libri non alii forte erant ab Evangeliorum codicibus, cum in iis Christi præcepta contineantur (nisi potius hisce verbis intellexerit Porphyrogenitus volumina illa quæ fere semper præ manibus gestabant principes Constantinopolitani uti supra docuimus. — C. in A.). Narrat auctor Chronici Alexandrini<sup>5</sup> Justinianum, excitata Victoriatorum seditione, in circum progres-

sum sedisse in tribunali gestantem manu sanctum Evangelium : *ἀνῆλθεν ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱππικὸν ἐν τῷ ἰδίῳ καθίσματι βαστάζων τὸ ἅγιον εὐαγγέλιον.* In manus scilicet Justinianus sumpserat Evangelii codicem, quo fortasse seditiosæ multitudini fidem faceret indultæ a se pro perperam ab ea perpetratis veniæ tactis scilicet sacrosanctis Evangeliiis, quæ fuit semper apud christianos sacramentorum formula hisce verbis concepta, *μὰ τὰς ἁγίας γραφὰς ταύτας, καὶ τὸν θεὸν τὸν λαλήσαντα δι' αὐτῶν*, ut est in sexta synodo<sup>1</sup> (in Actis sancti Maximi Conf. p. 92. — C. in A.), et alibi passim. Evangelium tamen gestare solius presbyteri fuisse, neque id juris habuisse imperatorem contendit olim Maximus Monachus<sup>2</sup>, in collatione habita in secretario cum principibus, ubi de imperatore, quem sacerdotis titulo donari non posse affirmabat : « Neque baptizat, neque chrismatis confectionem patrat, neque facit episcopos, vel presbyteros aut diaconos. Neque « linet Ecclesias, neque indicia sacerdotii fert, superhumerales « scilicet et Evangelium, quemadmodum imperii coronam « et purpuram. »

## XXXI (XXIII).

## CRUX IN NUMMIS.

Jam vero imperatorum Byzantinorum pietatis, si qua fuit in principibus qui sceleribus et cædibus supremam hanc dignitatem fere semper consequebantur, argumentum præcipuum fuit, quod crucem, vel Christi monogramma, nummis suis crebro adscriberent. Christi etiam ipsius, interdum et Deiparæ, atque adeo sanctorum imagines effingi curarent. Ac de cruce quidem ut aliquid dicamus, insignis est nummus ille æreus Constantini junioris tum cæsaris in quo crux grandior inter duas figuras militares, tenentes signa militaria, conspicitur, cum hac inscriptione : *GLORIA EXERCITUS.* Ejusdem præterea cæsaris alter, in quo inscriptum : *VICTORIA AUGUSTORUM.* Et aurei alii Valentiniani senioris et Valentis, qui pro lemmata præferunt : *RESTITUTOR REIPUBLICÆ.* Habetur etiam Theodosii senioris alius æreus, in quo imperator captivum sinistra premit, cruce ad latus ejusdem augusti designata; alius etiam in quo crux sola aversam partem occupat. Ad priorem referri potest quod scribit Theodorus<sup>3</sup>, Theodosium post inita aliquot cum Eugenio tyranno prælia, cum sui ea intermittere suaderent, donec collectis novis copiis auctiorem haberet exercitum, eis intulisse, Non esse committendum ut salutaris crux tantæ argueretur imbecillitatis, Herculisque statuæ tantum tribueretur virtutis, cum ut crux in suo, ita illa in hostium exercitu antecederet. Occurrunt similes alii, maxime sequioris ævi, ubi passim in aversa parte crux habetur, quos inter præcipuus est aureus ille Olybrii augusti, in quo exhibetur idem augustus recto vultu, cum stemmate gemmato et crucigero, et hisce characteribus : *DN. ANICIUS OLYBRIUS AUG.* In aversæ vero partis medio crux nuda conspicitur, cum hac inscriptione, *SALUS MUNDI, infra CONOB.* Quin etiam in iconomachorum augustorum nummis crux ipsa passim conspicitur, quod mirum videri non debet, cum, licet in Servatoris et sanctorum imagines dire grassarentur, crucem tamen privatim et publice effingerent, colerentque, quod monuimus in nostra Constantinopoli christiana, ubi de imagine Chalces. Id præterea diserte firmat quod habetur in Epistola Michaelis et Theophili, imperatorum iconomachorum, ad Ludovicum imperatorem<sup>4</sup>, de christianis imagines colentibus : « Primum « quidem vivificas et honorificas cruces de sacris templis « expellebant, et in eadem loca imagines statuebant, ponebantque lucernas coram eis, etc. » Nam etsi falsum sit ejus ævi christianos cruces ab ædibus sacris abstraxisse, inde saltem colligitur iconomachos, abdicato cæterarum imaginum cultu, crucem coluisse : (quod sane diserte testatur scriptor, necdum editus, Vitæ sancti Stephani junioris, tradens Copronymum *προτιθεμένων τούτε ζωοποιού σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ, τῶν τε ἀχράντων ξύλων ἐν οἷς Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν χεῖρας ἐξέτεινεν, καὶ τῶν ἁγίων εὐαγγελίων*, eo adegisse populum, ut sacrum imaginum cultum proscriberet. Id ipsum scribit Theophanes, ann. XXV ejusdem imperatoris. — C. in A.) Observare denique cruces cum dupli transversario stipite tum primum conspici in aureo nummo Constantini et Irenes matris, si genuinus est, qua sane forma effictas deinceps a Græcis satis declarant cum figuræ Græcicæ veteres, tum quæ vivificæ ipsius crucis reliquas servat phylacteria, uti monuit jam olim Gretzerus, atque adeo a nobis observatum in Tractatu de Capite sancti Joannis Baptistæ. Sed cur

1. \* Villehardouin, ed. Ducange, pag. 320, 322. Recueil de chartes, ibid. pag. 4. — 2. De Off. c. 7, n. 37. — 3. Strada, p. 301, 305, 298. — 4. In Vita Basil. cap. 58. — 5. P. 780.

1. Act. 13, 14. — 2. Apud Anast. in Collectan. p. 123, et Baron. an. 656. — 3. L. 5, c. 24. — 4. Baron. an. 824.



ita crux cum duplici transversario stipite, majore altero, altero minore, effingerentur, non omnino constat : vix enim eidem Gretzero<sup>1</sup> assentiar, qui inde cum fluxisse ritum putat, quod patriarchis hacce figura præferretur, quasi id recentioris moris non esset. Longe magis arridet eorum conjectura qui cruces istas duplices profluxisse volunt, ab iis quæ in nummis augustorum Byzantinorum descriptæ visuntur. quas imperator et augusta, sinistra alter, altera læva tenent, ita ut ita effictæ sint, quasi uterque crucem tenuerit, imperator quidem majorem ac cum majore transversario stipite, augusta vero cum minore. Sed et triplici effictam figura crucem dominicam apud Græcos observare est ex pictura Græcanica, quam ex gazophilacio RR. PP. canonicorum Sanctæ-Genovefæ Parisiensis delineari curavimus. constat autem illa quatuor tabellis, in quarum una<sup>2</sup> effinguntur sancta Parasceve, sancta Barbara, et sancta Marina, singulæ dextra crucem tenentes, sed diversa, ut dixi, forma. Nam sancta Parasceve crucem, sicut vulgo dicimus, *recruciatam*, seu in cruciculas in singulis brachiis desinentem. sancta Barbara crucem cum duplici stipite transversario; sancta denique Marina crucem nudam, nisi quod sub extrema globulis exornatur. In altera vero tabella<sup>3</sup>, sancta Thecla et sancta Æcatherina cruces *recruciatas* perinde gestant : has inter medius stat sanctus Stephanus, diaconi habitu, stola in sinistrum humerum refusa, in qua ter vox ΑΓΙΟC scribitur<sup>4</sup>.

## XXXII (XXIV).

## CHRISTI MONOGRAMMA IN NUMMIS.

In quibusdam vero nummis sæpe Christi monogramma describitur, quod ab ipso Constantino fluxisse ostendunt ejus nummi. in quorum medio exaratur cum figuris ibidem effictis. in aureo præsertim, cui inscriptum : VICTORIA CONSTANTINI AUG. In alio vero, cassidi adscriptum visitur, quo firmatur quod tradit Eusebius hosce characteres κατά τοῦ κράνουc detulisse Constantinum<sup>5</sup>. Constat autem Christi monogramma literis majusculis Græcis P. et X, invicem junctis ac implexis; quibus *compendio totum Christi nomen includitur*, ut est apud Primasium Africanum<sup>6</sup>. (Illud etiam ita describitur, a Lactantio in libro de Mortibus Persecutorum, cap. 44 : « Commonitus est in quiete Constantinus ut celeste « signum Dei notaret in scutis, atque ita prælium committeret. Fecit ut jussus est, et transversa X litera summo « capite circumflexo, Christum in scutis notat. » Sic enim legendum pro *Christo*. Quod vero Lactantius ait Constantinum præcepisse ut milites scutis suis Christi monogramma inscriberent, id etiam ipsemet indicat Augustus in Epistola ad Saporem, regem Persarum, apud Theodoritum, lib. I. Hist. Eccles. cap. 25 : « Τοῦτον τὸν Θεὸν προσθεύω, οὗ τὸ σημεῖον ὁ τῶ « Θεῷ ἀνακείμενος μοῦ στρατός ὑπὲρ τῶν ἄμωv φέρει. » Id ipsum scribit Sozomenus, lib. I, cap. 48, unde omnino conficitur non ad humeros detulisse Christi monogramma milites, sed in scutis, quæ ad sinistrum humerum deferebant, licet aliter idem Sozomenus de eodem augusto describat : « Τὰ τούτων « ὄπλα τῶ συμβόλω τοῦ σταυροῦ κατεσήμαινε, » scuta nempe, uti exhibentur in tabella Justiniani M. quam delineari curavimus in Familiis augustis Byzantinis. — C. in Add.) Exhinc mos idem in successores derivavit, qui aut in labaro. aut in medio nummo ipso id monogramma descripsere. Præclarus autem ille est Constantii junioris cæsaris æreus in quo ipse vel Constantinus pater militari habitu stat, labarum dextra tenens, in cujus siparo descriptum Christi monogramma, victoria a tergo subsequente, et coronam ejus capiti impo-nente, cum hocce lemmate : HOC SIGNO VICTOR ERIS. In medio vero nummo idem monogramma exhibet Constantii imperatoris aureus cum A. et Ω. Decentii perinde cum iisdem characteribus, et inscriptione : SALUS DD NN AVG ET CÆS. : ut et Joviani, sed absque inscriptione : de quorum quidem characterum A. et Ω. Christi monogrammati adscriptorum vi ac significato multa alii commentati sunt<sup>7</sup> : præterea Justæ Gratæ Honoræ Augustæ, Severi Tyranni, etc. Habetur præterea ectypon gemmæ insignis in Ludovici Chalucii Dactylitheca manuscripta<sup>8</sup> quæ est Sanctæ-Genovefæ Parisiensis, in qua insculptum Christi monogramma, cum hisce characteribus : SALV DOMI NOST AUG LUC. ; id est, ut interpretatur idem Chalucius : « *Salus Domini nostri Augusti « lucet.* » Cui quidem ectypono adjungenda alia nummorum

Constantii et Decentii inscriptio, apud Cholium<sup>1</sup>, in quorum aversa facie simile visitur monogramma, SAL. DD. NN. AVGG. LVCEP. Interdum præterea ita effictum erat Christi monogramma, ut crucem referret, cum P transversario stipite trajiceretur. At, quod mirari subit, non ætate duntaxat Constantini M. ejusmodi Christi monogramma nosci ac describi cœpit, sed et longe antea; cum exstet gemmæ insignis ectypon in laudata Ludovici Chalucii Dactylitheca<sup>2</sup>, cui insculptum Christi monogramma cum A. et Ω. ad latera, et hisce in circuitu characteribus, SAL DO N ALEX FIL LVCE, id est. *Salus Domini nostri Alexandri filii Mammææ lucet.* Sane, etsi gemmam hanc sub Alexandro Mammææ filio sculptam nolimus præstare, fieri tamen potest ut a viro christiano exarata fuerit, qui et ea ætate vixerit et ad Christum pro Alexandri imperii ac vitæ incolumitate preces fuderit, quomodo fere solebant christiani, ut satis indicant verba sancti Cypriani<sup>3</sup> ad Paternum proconsulem : « Nullos alios « deos novi, *inquit ille*, nisi unum et verum Deum, qui fecit « cœlum et terram, mare, et quæ in eis sunt omnia. Huic « Deo nos christiani deservimus, hunc deprecamur diebus « atque noctibus, pro nobis, et omnibus hominibus, et pro « incolumitate ipsorum imperatorum. » Sed ut verum fatear, fucum facit vox *Domini nostri*, quæ non est omnino istius sæculi. Simile porro monogramma in nummo Maxentii cæsaris observare est apud Cholium<sup>4</sup>, ubi scriptum : VOT V MVLT XX VIC CÆ MAXE, i. victoria Cæsaris Maxentii. In alio ejusdem Maxentii, qui pro lemmate præfert, VOT V MVLT X, idem monogramma ex P. et X. implexis conficitur, quod sane stupendum, ut tum a principe christiani nominis hoste infensissimo usurpatum fuerit. Tametsi a paganis interdum notam hanc deorum suorum imaginibus adscriptam observare sit, ut in gemma, in qua Jovis, Appollinis, et Dianæ capita, ut in Deliorum nummis apud Goltzium<sup>5</sup>, effinguntur, cum Christi monogrammate Jovis capiti imminente, et hisce characteribus, VIVAS IN DEO F., id est, *vivas in Deo feliciter.* Profert idem Cholius nummum alium, in quo Christi monogramma quadruplex, vel quadrilatera forma conspicitur, cum hac inscriptione, PAX DOM N ÆTER, id est, *Pax Domini nostri æterna.*

## XXXIII (XXV).

## DE INSCRIPTIONE IC. XC. NIKA.

In quibusdam etiam inferioris maxime ævi nummi crux medium nummum occupat : cum hisce ad quatuor angulos characteribus, IC XC NI KA. Descripsit Gretzerus<sup>6</sup> diploma Fulcheri, patriarchæ hierosolymitani, et Amalrici, prioris ecclesiæ Sancti-Sepulcri, cui appensum fuisse testatur sigillum plumbeum, quod canonicorum ejusdem ecclesiæ fuisse ait, in cujus uno latere crux duplex, quam patriarchalem dicimus, effingitur, cum iisdem characteribus,  $\begin{array}{c} IC \\ NI \\ \hline \end{array} \begin{array}{c} XC \\ \hline \end{array} \begin{array}{c} KA \\ \hline \end{array}$  in alio vero fabrica dominici sepulcri, cum hacce inscriptione, † SANCTISSIMI SEPULCHRI. (Scribit Christophorus Angelus, cap. 42. De hodierno Græc. statu, Græcos hodiernos nullam crucem agnoscere aut colere, nisi eam quæ hosce characteres præferat, Ἰησοῦς Χριστὸς Νικῶ, sive, inquit, ea ex argento, sive ex metallo, sive e lignis sit confecta, nam τὰ ἄλλα τὰ γράμματα ἀφισρεῖ ἐκείνον τὸν σταυρὸν τῶ Χριστῶ, σημαίνοντα ἐκείνον τὸν σταυρὸν, ὅτι ὁ Χριστὸς ἐσταυρώθη, διὰ τὰς ἁμαρτίας ἡμῶν, καὶ ἐνίκησε τὸν ἐχθρὸν. — C. in Add.) Neque propria omnino Græcis augustis fuit ejusmodi inscriptio, cum et reges nostri in scutis, uti vocant, aureis hancce exarari voluerint, CHRISTUS VINCIT, CHRISTUS REGNAT, CHRISTUS IMPERAT : quibus quidem verbis conceptas fuisse *laudes* Carolo M. dictas Romæ, cum imperator coronatus est a Leone PP. auctor est Radulphus de Diceto<sup>7</sup> : « Christus « vincit, Christus regnat, Christus imperat, Karolo Augusto « a Deo coronato, magno et pacifico imperatori Romano vita « et victoria. » Sed et is fuit crucesignatorum et aliorum clamor militaris<sup>8</sup>. Prostat denique æreus nescio cujus imperatoris, cum stemmate et globo crucigero, et longiori cruce in dextra cum hocce lemmate, EN ΤΟΥ ΤΟΝΙΚΑ. Quod illud ipsum est quod circa crucem inscriptum tradunt scriptores, quam in prælio contra Maxentium vidit Constantinus : a quo etiam clamorem militarem suum formavere Græci Byzantini, qui in Tacticis Leonis<sup>9</sup> ita conceptus legitur,

1. De Cruce, p. 4618. — 2. Tabella 11. — 3. Tabella 10. — 4. Vide Euchol. Goari, p. 447. — 5. L. 1, de Vita Const. c. 25; Baron. Fr. Angelon. p. 369. — 6. Primasius, in Apocal. lib. 4, c. 13. — 7. Rosweid. ad Paulin. ep. p. 864. — 8. P. 5.

1. Du Choul, p. 171 — 2. Pag. 18. — 3. Acta S. Cyprian. — 4. P. 255. — 5. Insul Gr.; Tab. 18, Gretz. tom. 1, l. 2, c. 38. — 6. In horto S. Cruc. part. 1. — 7. An. 801. — 8. Tageno Patav. p. 13 (414); Galfridus Monemuth. lib. 2, c. 5. — 9. C. 12, § 69 et 106.



Νίκη τοῦ σταυροῦ, seu, ut est apud Scylitzem <sup>1</sup>, σταυρὸς νενίκη, quod scilicet crux a Constantino in cœlo conspecta victoriæ signum fuerit; unde νικητικὸν σημεῖον appellatur in inscriptione Græca quæ Nicææ legitur <sup>2</sup>. (At eadem verba in ipsa cruce describuntur in figura quæ exarata conspicitur in codice manuscripto operum sancti Gregorii Nazianzeni Bibliothecæ regiæ. — C. in Add.)

## XXXIV (XXVI).

## CHRISTI EFFIGIES IN NUMMIS.

Jam vero quod ad Christi, vel Deiparæ et sanctorum effigies in nummis descriptas spectat, scribit Joannes Damascenus <sup>3</sup> cussa a Constantino M. numismata, in quibus Christus cum crucis quam in cœlo viderat figura, una facie, ipse vero in altera, efficti conspiciantur: Πρώτιστον καὶ ἐξαιρετικὸν καλλιέριμα τῆς εἰς Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν ἡμῶν θεὸν εὐσεβείας ἐγγράττει τῷ βασιλικῷ τῆς πολιτείας νομίματι. τότε οὐρανοφανὲς σημεῖον τοῦ σωτηρίου σταυροῦ, καὶ θεανδρικὸν Χριστοῦ χαρακτῆρα ἐν αὐτῷ μετὰ τοῦ ἰδίου ἀνετυπώσατο ἐνδεικνύντος τὴν τοῦ ἐπουρανίου βασιλείας ἀσθεντίαν πρὸς τὸν ἐπίγειον γενομένην, etc. « Pietatis in Christum » verum Deum nostrum præcipuum argumentum fuit, quod « imperatorio ac publico numismati salutaris crucis quod « in cœlo viderat signum, Christique Dei hominis venerandam imaginem, cum sua ipsius impresserit, quo scilicet « cœlestis regis præ terreno majorem potentiam declararet. » Neque forte alia videtur moneta illa quam Constantino adscribit Joannes Damascenus, ab ea quam σωτηρικὸν σταυρὸν vocat anonymus <sup>4</sup>, in Antiquitatibus Constantinopoleos, quod in ea Servator effictus esset ἐν οἷς καὶ χαραγὴ Κωνσταντινίου ἢ λεγομένη σωτηρικὸς χίλια κεντήναρια, etc. At cum inter tot qui ex Constantini supersunt nummis, nullus hactenus repertus sit in quo Christi imago effingatur, verendum maxime ne vox σωτηρικὸς referenda sit ad solum crucis typum in labaro aut alibi depictum, quem signum Christi vulgo appellasse veteres docuimus ad Paulum Silentiarium: nam et σωτήριον σταυρὸν appellabant, ut hoc etiam loco Damascenus: ut vero Synodus Trullana <sup>5</sup>, ζωποιοῦ σταυροῦ σωτήριον. Primus autem qui Christi imaginem in nummis suis descriperit videtur Justinianus Rhinotmetus, cujus aureus habetur expressus apud Stradam <sup>6</sup> et Chiffletium <sup>7</sup>, quem illi, ut et Occo, perperam Justiniano Magno attribuunt: is enim in priore facie Christum habet expressum, thorace tenus, dextra benedictionem impartientem, sinistra Evangeliorum codicem tenentem, cum inscriptione IHS CRISTVS REX REGNANTIUM. In altera Justinianus ipse barbatus (quod Justiniani M. non esse evincit) cum stemmate crucigero, ac loro, quod supra descripsimus, cruci majori manum admoventes effingitur, hisce characteribus in ora exaratus: DN JUSTINIANVS SERVVS CHRISTI. Exhinc efficta Christi simili modo ac inscriptione cernitur effigies in nummis Basilii et Constantini Porphyrogeniti.

## XXXV (XXVII).

## NUMMI ZIMISCIANI.

In primis vero Joannis Zimiscæ pietatem commendat quod referi Scylitzes <sup>8</sup> eum nempe præcepisse ut in nummis et obolis Christi effingeretur imago, cum id antea neutiquam factum esset: προσέταξε δὲ καὶ ἐν τῷ νομίματι, καὶ ἐν τῷ ὀβόλω εἰκόνα ἐγγράφεται τοῦ Σωτῆρος, μὴ πρότερον τούτου γενομένου. Quæ quidem extrema Scylitzæ verba ita capienda esse supra allata conficiunt, ut Joannes Zimiscæ solum Christum in nummis primus describi curaverit, cum in altera et media eorum facie Græca hæc characteribus Romanis exararentur: JESVS CHRISTVS BASILEVS BASILEON. ἐγγράφοντο δὲ, subdit ille, καὶ γράμματα Ρωμαῖσι ἐν θατέρῳ μέρει ὡδὲ πη διεξιόντα, ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ ΒΑΣΙΛΕΩΝ. Proinde pro Zimisciana moneta haberi debet, in cujus facie altera Christi protome, in altera iidem characteres visuntur. Atque ejusmodi quidem nummi jure etiam σωτηρικοί appellari potuere, quos Græci recentiores Constantino Magno ex falso rumore, vel forsitan ex imperitia, adscriperunt. Sed incertum omnino an ad hos Zimiscæ nummos referri debeant complusculi alii, qui nulla quidem imperatoris imagine conspicui, Christum, aut eadem qua in Zimiscianis, aut etiam forma alia, atque adeo alia

etiam inscriptione effictum præferunt: quos iis adjungere visum est in stemmatibus nostris augustis Byzantinis, non quod revera Zimiscianos esse velimus asserere, sed quod commodiori vel certiori loco collocari vix potuerint. Ejusmodi autem sunt qui Christi protomen cum inscriptione EMMA-NOYHIA exhibent, cum iisdem quos Zimisciani habent characteribus, nisi quod in horum altero Crux in medio cum gradibus depingitur. In alio <sup>1</sup> describitur perinde crux, cum hisce ad angulos literis, IC XC NI KA. In alterius denique qui EMMANOYHIA Christi figuræ adscriptum antica, in postica regum Adorationem cum binis columbulis præfert.

## XXXVI (XXVIII).

## QUOMODO CHRISTUS IN NUMMIS EFFINGITUR.

In istis porro nummis ita Christus effingitur, ut dextram protendat, binis extensis digitis, tanquam benedictionem impartiens, sinistra vero librum Evangelii teneat: « Divina « namque majestas, ut ait Durandus <sup>2</sup>, Mimatensis episcopus, « depingitur quandoque cum libro clauso in manibus, quia « nemo inventus est aperire illum, nisi leo de tribu Juda; et « quandoque cum libro aperto, ut in illo quisque legat, quod « ipse est lux mundi, et via, veritas, ac vita, et liber vitæ. » Ita autem a Græcis depingi auctor est Allatius <sup>3</sup>; quod testatur etiam Paulus Silentarius <sup>4</sup>:

... ἔοικε δὲ δάκτυλα τείνειν  
Δεξιτερῆς, ἅτε μύθον ἀειζώνοντα πιφάσων.  
Λαίη βίβλον ἔχων ζαθέων ἐπιστορα μύθων,  
Βίβλον ἀπαγγέλλουσαν ὅσα χραισμῆταρι βουλή  
Αὐτὸς ἀναξ ἐτέλεσσαν, ἐπὶ γθονὶ ταρσὸν ἐρείδων.

« Videtur autem dextræ digitos protendere, velut si sermo- « nem immortalem annuntiaret, sinistra librum tenens, « sacros sermones narrantem, librum pendentem quæ utili « consilio rex ipse (Christus) peregit dum in terris ageret. » Interdum in tabellis Græcanicis, in apertis libri Evangelici foliis, interdum ad ipsa imaginis latera, descripti visuntur characteres græci A. et Ω. designantes Christi divinitatem et humanitatem, ut testatur idem Allatius. Sed ut plurimum cernuntur isti, IC. XC., id est, Ἰησοῦς Χριστός. Christi vero nominis literarum contractio perantiqua est: illius siquidem meminit Clemens Alexandrinus <sup>5</sup>: Τὸ δὲ ἴδιον καὶ ἡτὰ τοῦνομα σημαίνει τὸ σωτήριον, ut et Epistola quæ Sancto Barnabæ adscribitur <sup>6</sup>, qui quidem characteres numerum xviii conficiunt, de quo multa commentati sunt antiqui Patres, et quem Valentini hæretici sectatores ad sua de mundi duratione somnia traduxerunt, ut auctor est sanctus Epiphanius <sup>7</sup>. Sed hæc Christi nomen per IH. contractum spectant: in nummis autem ac veteribus tabellis fere semper per IC. XC. scribitur. In iis porro nummis Christus interdum stans effingitur, ut in præclaro iaspide, cujus ectypon ex museo C. V. Claudii Hardii habetur in egregia illa Dactylitheca manuscriptorum Ludovici Chalucii, in foro Ricomagensi Consiliiarii Regii, quæ fuit magni Peirescii, deinde V. C. Petri Seguini, modo vero RR. PP. canonicorum regularium Sanctæ-Genovefæ Parisiensis. In eo Christus stans ad genua, dextram protendit binis extensis digitis, sinistra librum tenens, cum hisce characteribus ad latera: IC XC O EAEHMΩN. In altera facie insunt hi characteres (olim inscripti Christi statuæ ab Abgaro rege ad urbis Edessæ portam erectæ, ut auctor est Constantinus Porphyrogenitus, ubi de imagine Edessæna — C. in Add.): † XE O ΘC O EIC CE EAIIZΩN OYK AIOTYFXANEI. Id est: « Jesus Christus est misericors. Christe Deus, Qui in « te sperat non frustratur. » In aliis nummis Christus in cathedra vel sella sedens effingitur, dextra pariter benedictionem impartiens, altera Evangelium tenens, ut est in veteri tabella <sup>8</sup> Græcanica gazophylaci Sanctæ-Genovefæ Parisiensis, cujus ectypon hic damus (in qua utrimque adstant Deipara et Sanctus Joannes Baptista: quomodo similem tabellam describit, Sophronius patriarcha Hierosolymitanus, in Vita sanctorum Cyri et Joannis. in Synodo VII, act. 4. — C. in Add.). Ita sedentem Christum effictum non uno loco annotat Anastasius in Vita summorum pontificum, ac in Sylvestro: Fastigium argenteum battutile, « quod habet in fronte Salvatorem sedentem in sella. » Et mox: « Item a tergo respiciens in absida Salvatorem sedentem in throno. » Neque tantum in Græcanicis, sed et in

1. P. 572. — 2. Grut. 1060, 17. — 3. In Synodica ad Theophil. p. 112. — 4. P. 99, ed. Combef. — 5. C. 73. — 6. P. 265. — 7. Chifflet. de Lint. Sepulcr. p. 212. — 8. P. 683.

1. Tristan. in Antid. p. 42. — 2. L. 1, Ration. c. 3, n. 12. — 3. L. 1, de Cons. utr. Eccl. c. 6, n. 31. — 4. In Descr. S. Sophiæ, part. 2, v. 359. — 5. L. 6, Strom. — 6. C. 7. — 7. L. 1, adv. Hær. t. 2, n. 14. — 8. Tabella 8.

Venctorum ducum nummis. ita expressum Christum licet intueri, cum adscriptis solitis Græcis characteribus IC. XC. adeo ut Veneti Byzantinis augustis potissimum addicti, eorum non mores duntaxat et habitus, sed et monetarum typos amplexi sunt. Prostat enim in gazophylacio eorundem RR. PP. canonicorum regularium Sanctæ-Genovefæ Parisiensis nummus argenteus P. Ziani ducis, qui ante annum 1200 vixit, in quo ipse ad dextram togatus et barbatus conspicitur, ad sinistram vero stat sanctus Marcus cum Evangelio, dextra vexillum duci porrigens. Inscriptio hos characteres

D  
præfert P. ZIANI V VENETI. S. M. Habuere etiam Serviæ regum  
X

nummi Christi similem figuram, prout expressam exhibemus in nummo Vrosi et Stephani, Serviæ regum, quem inter gentis Palæologæ nummos retulimus, tum quod habitu græcanico principes ii conspicui in illo sint, tum quod ad ejusdem stemma omnino pertineat. Jam vero qua forma a Græcis depingeretur Christus, docet Joannes Damascenus<sup>1</sup>: αἶψα ἐν τῇ ἐκτύπωσιν, εὐήλικα, συνόφρυν, εὐόφθαλμον, ἐπιρρίνον, οὐλόθριον, ἐπίκυφον, εὐχροτον, γενειάδα μέλανα ἔχοντα, σιτόχρονον τῷ εἶδει κατὰ τὴν μητρῶαν ἐμφάνειαν, μακροδάκτυλον, εὐήφωνον, ἡδύλογον, πρῶτον, ἡσυχον, μακροθύμον, ἀνεξίνακον. « Depictum ea « forma qua a veteribus historicis describitur, præstanti « statura, superciliis junctis ac confusis, venustis oculis, « justo naso, crispa cæsarie, subcurvum, eleganti colore, « nigra barba, vultu coloris triticeæ pro materna similitudine, « longis digitis, voce sonora, dulci eloquio, lenissimum, « quietum, longanimum, patientem » Ita etiam Christum effictum in basilica Sanctæ-Sophiæ Jerosolymis sua ætate testatur Antoninus monachus<sup>2</sup>: « Ibiq̄ remansit imago « (Christi) habens pedem pulchrum, modicum, subtilem, « naturam communem, pulchrum faciē, capillum subanel- « latum. manum formosam, digitos longos: et quantum « imago designabat, cum in mundo esset, picta est, et posita « in ipso prætorio. » Christi capillos raros ac crispas fuisse apud Græcos constantem fuisse opinionem testatur præterea Theophanes<sup>3</sup>: Φασὶ δὲ τινες τῶν ἱστορικῶν, ὅτι τὸ οὐδὸν καὶ ὀλιγότερον σγῆμα ἐπὶ τοῦ Σωτῆρος οἰκειότερον ἐστίν. (Quod quidem hausit a Theodoro Lectore Eccl. 1. Sed et crinitum Christum depingi solitum observat præterea Petrus Comestor, in Hist. Eccl. ubi de Nazaræo: « Omni tempore, inquit, separationis « suæ novacula non transibat super caput ejus: unde forte « quidam pingunt Apostolos et Christum crinitos, non in re, « sed pro sanctitate.— C. in Add.) Sane in nummis non tam rari quam promissi effinguntur. Notandum porro in ejusmodi numismatibus potiore haberi eam partem, atque pro antica accipi debere, quæ Christi protomen præfert: quod, præterquam quod id satis evincit divinæ majestatis dignitas, docent characteres KEBOHΘEI, nummis Alexii et Manuelis Comnenorum in ea facie adscripti, qui, ut verum fatear, diu me torsere et ancipitem tenere, ut pole in omnibus pessime formati\*. Neque opinor, ab hac difficultate expediissem me, nisi succurrisset opportune nummus æreus a R. P. Du Molinet, ex eodem PP. canonicorum regularium museo subministratus, in cujus antica, protome imperatoris crucem gestantis effingitur, in posticæ vero medio descripti leguntur characteres isti, etiam male formati: KEBOHΘHΔBAO COV ITAI-MIPI, sed ex quibus tandem conficitur legi debere. KYPIE BOHΘEI TO ΔOYAN ΣOY. Reliquorum vero characterum vim nondum percepi. Neque ipse doctissimus Salmasius<sup>5</sup> similem inscriptionem est assecutus in veteri alvei lusorii inscriptione, apud Gruterum<sup>6</sup>: O ΔE ΠEZΩN TOIC TA BOAIA IC NI KA KE BOIΘI TOY EPPAΨANTOC AΦKAI ΠEZONTECIC TA BOAIA. AMHN. Quæ verba ita constituenda putavit: ὃδε παίζοντων εἰς τὰ βόλια, Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ καὶ βοηθεῖ τοὺς γράψαντας αὐτὸν, καὶ παίζοντας εἰς τὰ βόλια. Ego vero ea sic legerim: οἱδὲ παίζοντες εἰς τὰ βόλια (λέγετε, dicite dum luditis) Ἰησοῦς Χριστὸς νικᾷ, καὶ βοηθεῖ τοὺς γράψαντας αὐτὸν, καὶ παίζοντας εἰς τὰ βόλια. Utcumque sit de conjectura nostra, saltem ex his docemur cur in altera Comnenicorum nummorum facie imperatorum nomina tertio casu ponantur: totius enim inscriptionis sententia ita concipitur: KYPIE BOHΘEI AAE- EIQ. ΔEΣΠOTH. vel MANOYHA ΔEΣΠOTH. ΠOΦYPOΓEY- NHTO; Deus adjuva Alexium despotam, vel Manuelem despotam Porphyrogenitum. Cui quidem inscriptioni similis quodammodo est quæ in nummo Heraclii habetur, DEVS

1. In Synodica ad Theophil. Imp. p. 114 (Niceph. Cell. lib. 1, c. 40). — 2. Itiner. T. S. Antonini Mon. — 3. An. G. Leon. M. p. 97, et apud Suid. col. 1. — 4. Spanheim. p. 730. Notæ ad Alexiad. — 5. Ad Histor. August. p. 467. — 6. Gruter 1049, 1.

ADIVTA ROMANIS. Ita in cereis sigillis imperatorum Caroli M. Ludovici Pii, et Caroli Calvi, inscriptiones, simili sensu leguntur exaratae: XRE PROTEGE CAROLVM, vel LUDOVICVM IMPERATOREM. (Fuit porro sollemnis hæc imperatoribus fieri solita acclamatio, ut docemur ex sancto Athanasio, in Apologia ad Constantium aug.: Καὶ πᾶς ὁ λαὸς εὐθὺς μιᾷ φωνῇ ἔδωκε, Χριστὸ βοήθει Κωνσταντίω<sup>1</sup>. — C. in Add.) Sed et adnotat Scylitzes<sup>2</sup> Græcorum clamorem militarem hisce conflatum verbis, Χριστὸ βοήθει, qui in Leonis Tacticis<sup>3</sup> unico βοήθει concipitur. In nummis vero Alexii Z pro E in voce AAEIQ poni liceat advertere, quod in antiquioribus monumentis factitatum observavit haud ita pridem eruditus Spanheimius<sup>4</sup>. Nummum præterea alium argenteum damus, quem, quantum ex inscriptione conjicere est, Constantini Ducæ imperatoris esse opinamur. Præfert enim in altera facie Christum sedentem in cathedra, cum characteribus valde attritis KE-. . OC, qui, ni fallor, idem sonant quod in Comnenianis, KYPIE BOHΘEI. In altera Christus ipse stans, sinistra Evangelii codicem tenens, crucem porrigit Imperatori, cum hac inscriptione... STANTIO DUX. Qui vero *Ducas* interdum Δουξ dicitur Scylitzæ.

### XXXVII (XXIX).

#### IMPERATORES A DEO CORONATI.

Hæc igitur figura Constantinus Ducas ab ipso Christo augustam dignitatem adeptum se testatur: a quo et coronatur una cum Eudocia conjuge Romanus Diogenes in diptycho eburneo, quod ære incidi curavimus<sup>5</sup>. Sic porro etiam in tabellis depingi solitos augustos Byzantinos testatur Joannes Euchaitarum metropolita<sup>6</sup>, carmine eis στεφανωθέντας ὑπὸ Χριστοῦ:

Ὁ δὲ γὰρ κραταῖα τοὺς κραταιοὺς δεσπότης,  
Ἔστεψε Χριστὸς, καὶ παρέσχε τὸ κράτος.  
Non manus fortis fortes imperatores,  
Sed Christus coronavit, ipseque imperium dedit.

Et mox, scribens hancce tabellam positam fuisse, a monachis Sosthenitis, in templo Sancti Michaëlis:

Οἱ γὰρ μονασταὶ τῆς μονῆς τῆς τιμίας  
τοῦ Σωσθένιτου τοῦδε τοῦ Πρωταγγέλου,  
Πολλῶν τυχόντες δωρεῶν καὶ πλουσίων,  
Ταύτην ἀμοιβὴν τοῖς καλοῖς εὐεργέταις  
Ἀντισφέρουσιν, ἱστοροῦντες εὐτέχνως  
Σε, Χριστὲ, τὸν στέφαντα τοῦτους ἐνθάδε.

« Quippe monachi venerandi monasterii Sancti-Michaelis « archangeli Sosthenitæ, multis donati muneribus et divitiis, « vicem reddunt, pingentes artificiose te, Christe, istos coro- « nantem hoc in loco. » Atque ita effingi imperatores volebant, quo a Deo solo supremam se consecutos auctoritatem ostenderent. Facundus Hiermanensis, de Theodosio Magno: « A sacratissimo ejus avo, ter beato et a Deo imperii « scepra sumente Theodosio, etc. » Inde Θεοστέπτοι, a Deo coronati appellati, ut Copronymus in Zachariæ PP. Epistolis, Alexius Comnenus apud Annam<sup>7</sup> filiam, Manuel Comnenus apud Theorianum in Legat. et alii passim: quorum exemplo imperatores etiam Occidentis a Deo coronati appellati. Hinc Carolo M. imperatori acclamatum a Romanis testatur Eginhardus: « Carolo Augusto a Deo coronato, magno et pacifico « Imperatori vita et victoria<sup>8</sup> »; et in Antiquissimis Litanis ex codice Ecclesiæ Arelatensis, « N. Regi excellentissimo, « magno et pacifico a Deo coronato vita et victoria. » Ita etiam Ludovicum Pium compellat Amalarius Fortunatus: « Gloriosissime imperator et magnificentissime, ac centies « invictissime, a Deo coronate, necnon et conservate et « conservande. » Sic alii deinceps Germaniæ augusti compellari amaverunt<sup>9</sup>. Atque eo referri debent Alexii et Manuelis Comnenorum, de quibus supra egimus, nummi aurei in quibus manus de nube exiens eorum capitibus stemma imponit: ut scilicet Θεοστέπτους revera se indicarent: quod etiam a regibus nostris usurpatum colligere est ex tabella Caroli Calvi quam delineari curavit v. cl. Stephanus Baluzius<sup>10</sup>.

1. Apophteg. Patr. in Macario num. 19. — 2. P. 781. — 3. C. 7, § 74. — 4. Diss. 2, de Præst. numm. — 5. Vide Tabellam 5. — 6. Joan. Euchait. p. 53. — 7. Lib. 13, p. 406. — 8. Chron. Farfens. p. 653. — 9. Crantz. in Metrop. l. 1, c. 10. l. 7, c. 5. — 10. In Not. ad Capitul.



## XXXVIII (XXX).

## DEIPARA EFFICTA IN NUMMIS.

Quantus autem erga Deiparam augustorum Byzantinorum cultus fuerit attigimus in Constantinopoli, cujus patrona ac tutatrix semper habita est, ex quo maxime a Constantino M. eidem est dicata Verum præter ea quæ in hanc rem congestissimus ex scriptoribus, imperatorum ipsorum nummi id omnino declarant, in quorum æreis litera M cum subjecta litera A, *Mariam* seu Deiparam indubie denotat, quam in Anastasii A Dicori perinde æreis exaratam primum licet observare, a quo ad successores mos idem profluxit. Tanta vero quorundam emicuit erga sanctissimam Virginem observantia, ut eam in nummis suis representari voluerint. Habetur enim Romani Diogenis aureus, in quo ab ipsa sacratissima Deipara diademate donatur, quod ei acceptum tulisse docet adscriptum lemma ΘΕΟΤΟC. POMANΩ DESP. Id est, Θεοτόκος Ρωμανῶ δεσπότη. Alium ferme similem perinde æreum exhibet Octavius Strada<sup>1</sup>, qui quidem, ut opinor, haud diversus est ab eo quem ex V. C. et amicissimi D. *Du Mont*, senatorum Ambianensium decani meritissimi, gazophylacio descripsimus in Notis ad Alexiadem. Eo etiam spectat æneus alter ab eodem Strada<sup>2</sup> descriptus, cujus facies una Deiparam Christum infantulum in sinu complectentem exhibet, cum solitis characteribus præpostero ordine collocatis. YO. IH, qui alias mihi imposuerat, cum scribi debuerint MP. ΘV., id est, Μητέρα Θεοῦ. In altera vero nummi facie habentur exarati hi characteres ΘΗΚΟ ΡΩΜΑΝΩ ΔΕΙΠΟΤΗ τῷ ΔΙΟΓΕΝΕΙ, ubi indubie scriptum ΘΚΕ ΒΟΗΘΕΙ, ut in nummo alio aureo ejusdem Diogenis quem damus, ei in præclara illa Nicephori Botaneiatæ imperatoris iaspide quæ olim fuit Gasparis Monconisii Liurgii Lugdunensis. et a Joanne Chiffletio, canonico Tornacensi juri publico, est anno 1661 donata, in qua efficta Deipara, utraque palma ante pectus extensa, quemadmodum etiam stans exhibetur in achate orientali apud eundem Chiffletium, cum bina inscriptione perpendiculari ab altera parte MHΘHP, ab altera ΘΕΟΥ, perinde ac in nummo æreo quem exhibemus inter Zimiscianos, et in alio Isaacii Angeli imperatoris. In iaspide vero habentur soliti characteres, MP. ΘV. In circulo autem, qui imaginem ambit, isti leguntur ΘΚΕ ΒΟΗΘΕΙ ΝΙΚΗΦΟΡΩ ΦΙΛΟΧΡΙΣΤΩ ΔΕΙΠΟΤΗ ΒΟΤΑΝΕΙΑΤΗ. Ubi binas priores voces non percipit vir eruditus, ut nec vim vocis δεσπότης, quæ imperatorum sequioris sæculi propria fuit, quod supra docuimus, cum putavit sculptam iaspidem post abdicatum a Botaneiatæ imperium. Nec tamen mirum si contracta hæc vocabula ei imposuere, cum male etiam exarati legantur, et, ut in Alexii et Manuelis Comnenorum nummis, quorum proxime meminimus, R Latinum pro B Græco habeatur. (Deiparæ in hæc verba invocationem fieri solitam ab iis qui quovis morbo aut dolore afficiebantur, docet in primis Theophanes an 27 Copronymi : Καὶ εἶπου τις συμπίπτων, ἢ ἀλγῶν, τὴν συνήθη Χριστιανὸς ἀνήκε φωνήν, τὸ, ΘΕΟΤΟΚΕ ΒΟΗΘΕΙ, ἢ παννυχέων ἐφόραθη, ἢ ἐκκλησιαίαι προσεδρεύων, ὡς ἐγθρὸς τοῦ βασιλέως ἐκολάζετο. — C. in Add. Iaspidem porro ut singulare Historiæ Byzantinæ monumentum rursus exhibere operæ pretium duximus<sup>3</sup>. Jam vero Deiparam ita fere semper a Græcis depingi solitam docent Græcicæ tabellæ, eaque in primis quam ex gazophylacio canonicorum Sanctæ-Genovefæ Parisiensis hic damus Interdum Christi effigies in scuto vel clypeo efficta ab ipsa Deipara utraque manu in sinu tenetur : ut in nummis ejusdem Romani Diogenis et Isaacii Angeli. Is enim apud Græcos maxime mos invaluit, ut sanctorum imagines in clypeis, seu tabellis orbicularibus, depingerentur<sup>4</sup>, unde ἀσπίδας ὀμφαλοέσσης vocat Paulus Silentiarius, *scuta* Anastasius Bibliothecarius. Exstat locus insignis apud Scylitzen<sup>5</sup> in Romano Argyro de ejusmodi Deiparæ imaginem effingendi apud Græcos more ; ubi ait inventam fuisse in æde Blachernensi tabellam Deiparæ Christum ad pectus applicatum tenentis, quæ a Copronymo in istum usque diem per annos trecentos duraverat integra : Εὐρέθη εἰκὼν ὑλογραφικῆ, σανίδιον, ἐπιστήθιον κρατούσης τῆς Θεοτόκου τὸν Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν, etc. Aliter tamen interdum depictam, et ut Latini solent, in ulnis scilicet Christum gestantem Deiparam, colligi videtur ex Theophane Cerameo<sup>6</sup>, scribente in celeberrima illa D. Virginis imagine a sancto Luca depicta, et quam in Οδηγῶν monasterio asservatam et cultam alibi docemus, depictam hanc ἐν ταῖς ἱεραῖς ὠλέναις ἀγκυλισμένην τὸν Κύριον. Quomodo etiam describitur a Theodoro Studita in lambis<sup>7</sup> :

Θείως τοκεύεις ὡς Ἐν ἀσπέρῳ τρέπῳ Ω  
 Ἐκ σοῦ προῆθε τοῦ Νέου πόλου φανὸς Σ  
 Ο τῶν Χερουβίμ αἰ Νος, ἢ πρὶν αἰτί Α  
 Τὴν νύκτα μαιῶν τῆς Ὀλης πλάνης παλα Ι  
 Ὀν ἀγκυλίζῃ καὶ Μαλα γραπτὸν φερεῖ Σ  
 Κερασμένον σῆ θεῖ Οειδῶς εἰκόν Ι  
 Ως δεσπότην τὸ καὶ Σὸν ὄντων διέ Α

Id est ad verbum,

Divine paris tanquam seminis experte modo  
 Ex te prodiit novi cœli lumen,  
 Cherubinorum laus, prius causa,  
 Noctem imminuens totius erroris prisca,  
 Quem ulnis tenes, et valde pictum portas,  
 Mixtum tuæ Dei similiter imagini,  
 Tanquam dominum et tuum vere filium.

Diogeniano priori similes habentur aurei Joannis Comneni nummi, in quibus scilicet diadema excipit a Deipara, cum hisce characteribus, ω ΔΕΙΠΟΤΗ ; in facie vero altera effingitur Christus sedens. In altero ejusdem augusti Deipara crucem duplicem porrigit ipsi Joanni, cum lemmate ω ΔΕΙΠΟΤΗ supra caput, et ad latus Deiparæ ΘV. MP. In alio præterea in quo stat ipse Joannes cum narthece et globo crucigero, hisceque literis, ω ΔΕΙΠΟΤΗ ΠΙΟΡΦΥΡΟΓΕΝΝ. Aversa facies sacræ Virginis protomen præfert cum utroque brachio expanso, ut in aliis perinde inter Zimiscianos, et Manuelis, Andronici Tyranni, et Isaacii Angeli, et solitis characteribus, MP. ΘV. In alio denique ejusdem Manuelis Deipara Virgo stat facie lusca, brachiis pariter erectis, in precantis speciem : quasi ad Deum preces funderet pro imperii vel urbis incolumitate. (Ita depictam in nova ecclesia a Basilio Macedone in palatio exstructa, testatur Photius in Oratione in ejus Encænâ : Ἡ δὲ ἀπὸ τοῦ θυσιαστηρίου ἀνεγειρομένη ἀψὶς τῆ μορφῆ τῆς Παρθένου περιστράπτεται, τὰς ἀχρᾶντους χεῖρας ὑπὲρ ἡμῶν ἐξαπλώσης καὶ πραττομένης τῷ Βασιλεῖ τὴν σωτηρίαν, καὶ κατ' ἐγθρῶν ἀνδραγαθήματα. Manus vero extendere et expandere, τὸ χεῖρε ἐκτείνειν. ut est, apud sanctum Athanasium<sup>1</sup> in Apologia ad Constantium, et apud Eusebium<sup>2</sup> in Vita Constantini, solitos christianos inter precandum, testatur præ cæteris Tertullianus<sup>3</sup> in lib de Orat. et in Apolog. Joannes Geometra in Paradiso :

Εὐχόμενοι πανόουσι σοφοὶ χεῖρας, οἱ μὲν ἐπ' ὕψους,  
 Ἴψος' ἐπαίρομενοι, οἱ δὲ κάτωθεν, etc.

Quomodo vero Deipara, dum adhuc in vivis erat, uti volunt, depicta fuerit, sat multis narrat Anonymus de imagine Chalcopratiana, quam Ῥωμαίων appellabant, apud Lambecium<sup>4</sup>. — C. in Addit.)

## XXXIX (XXXI).

## SANCTORUM IMAGINES IN NUMMIS.

Neque Christum duntaxat aut sacram Deiparam in nummis suis expressere posteriores augusti Constantinopolitani, sed etiam sanctos quos potiori cultu venerabantur. Isaacii imperatoris binos nummos ex gazophylacio Sanctæ-Genovefæ Parisiensis protulimus, utrumque ex iis quos caucios, seu cavos, vocant, alterum æreum, argenteum alterum, paris magnitudinis, nisi quod adrosi fere sunt characteres, qui in æreo distincte leguntur. Stant in æreo figuræ duæ, prior Isaacii, imperatorio habitu, dextra crucem gestantis : altera Angeli, cum nimbo circa caput, crucem perinde longiorem dextra prehendentis, quam is imperatori porrigit. In nummi ora ac circulo exarati habentur minutiores isti characteres ΙΣΑΚΙΟC ΔΕΙΠΟΤΗ. Supra crucem mediam, ΑΓΙΟC ΑΡ. Infra ad lævam X. ΜΙ. quibus intelligitur Ἀρχάγγελος, vel Ἀρχιστράτηγος Μεγαλή, quem ut patronum sibi adsciverat Isaacius, ob Angeli, quod ei erat, cognomen. In convexa nummi parte Deipara sedet Christum puerulum in clypeo effictum, gremio complectens, cum characteribus solitis MP. ΘV. Ejusdem fere fabricæ monetariæ est nummus aureus quem ad Alexiadem descripsimus, præterquam quod manus de nube profecta diadema capiti imperatori imponit. Cætera si non instar sunt ejus quem exhibemus, cum in figuris, tum in inscriptionibus, culpa est, ni fallor, illius a quo ectypum acceperamus : nam nummum ipsum inspicere non licuit.

1. P. 348. — 2. P. 327. — 3. In tabella 3, Chron. Orientale, p. 126. — 4. Vide Glossar. nostrum, VV. *Scutum*, *Surtaria*. — 5. P. 729. — 6. Homil. 20. — 7. Theodor. Studita, in lambis apud Gretzer, de Cruce

1. P. 683. — 2. C. 15, l. 4. — 3. De Orat. c. 41, in Apolog. c. 30. — 4. L. 8, de Biblioth. Cæsar. p. 328.



Ensem tamen ab Angelo in eo porrigi imperatori observatum a nobis erat in magni Peirescii, qui nummum viderat. Adversariis. Unde ad id referendum videbatur, quod Scylitzes et Zonaras scribunt, Isaacium Comnenum, quod imperatoriam quam consecutus erat dignitatem, non Deo, sed propriae virtuti adscriberet, in nummis imaginem suam stricto ense insculpendam curavisse: tametsi verendum ne qui primus ex iis id tradidit hallucinatus sit, ac imaginem sancti Georgii, quem cum diademate et stricto ense effingere solebant Græci, ut mox dicturi sumus, quæ forte expressa fuit in averso nummo, ipsius imperatoris esse putaverit: nam et in Manuelis Comneni monetis ita effingitur. (Meminit ipse Isaacius in Novella quæ descripta legitur in tomo 2 Juris Græco-Romani, aureorum seu νομισμάτων τῆς προτιμωμένης χαραγῆς τῆς βασιλείας αὐτοῦ. — C. in Add.) Ab hac porro expressa Isaacii Comneni, enses tenentis, in nummis imagine, Spataphori Italici Rocellæ marchiones<sup>1</sup>, Schlafanni et Agulii comites, olim ex Acarnania vel Dalmatia profecti, eundem Isaacium gentis suæ, ac cognominis auctorem, levi sane fundamento, profitentur. Isaacii Angeli nummus alter argenteus in concava sui facie binas pariter exhibet figuras. Prior, quæ est imperatoris, dextra narthecem tenet; altera, quæ est sancti alicujus, caput nimbo ornata, et sago militari induta, sinistram manum pectori admovet, et dextra narthecem imperatori porrigit. Characteres oræ dextræ adscripti, non modo minusculi, sed et pene omnino adrosi sunt, adeo ut aliud nihil expiscari fas fuerit, nisi quod similes videntur iis qui in aëreo nummo exarantur. Ad sinistram vero, si bene conjicimus habetur: ΑΓΙΟC ΑΡ. Τ. C. Cætera assequi non potuimus. In altera et concava nummi facie sedet, ut in priori, Deipara cum Jesu infantulo, in sinu, solitis literis MP. ΘV.

## XL (XXXII).

## SANCTI GEORGII IMAGO IN NUMMIS.

In aliquot aliis Joannis et Manuelis Comnenorum nummis æreis effictum cernimus sanctum Georgium, quem μεγαλο-μάρτυρα vocant Græci, non tamen qua ab iis exhiberi solet specie. Hic enim προτομή sancti martyris, uti supra diximus, describitur, nudatum enses, vel spiculum dextra, clypeum sinistra tenentis. Caput margaritarum linea seu unionibus distincto diademate, instar imperatoris, cingitur. In Manuelis nummo adscribuntur hi characteres O, in quo A minutulum P includitur, quo ἄγιος vulgo contrahunt Græci, ΓΕ -ΓΙΟC, id est ἄγιος Γέωργιος. Nec multum dispar est sancti Georgii figura quam habet Constantini cujusdam προκαθημένου sigillum apud Octavium Stradam<sup>2</sup>, in quo stans habitu militari describitur, dextra spiculum tenens, sinistra clypeo, cruce insignito, ac humi defixo innixus, cum his characteribus: O ΑΓΙΟC ΓΕ. Verum Græci, a quibus immense cultus est, ἑφιππων, seu equitem, fere semper sanctum Georgium depingebant: quod eo habitu non semel, ut aiunt, in præliis adstitisse Græcis, ac pro iis dimicasse conspectus sit. Ita a Constantinopolitanis depictum auctores sunt Nicetas<sup>3</sup>, Nicephorus Gregoras<sup>4</sup>, Codinus<sup>5</sup>, et alii.

## XLI (XXXIII).

## IMPERATORIS TITULUS OMISSUS IN NUMMIS BYZANTINIS.

Dissertationis hujusce initio, inferioris ævi, seu Constantinopolitanorum imperatorum numismata habere diximus quidpiam peculiare, quodque in superioris ætatis nummis vix reperitur, tum quoad principum ipsorum vestes ac gestamina, tum etiam quoad inscriptiones. At cum de priore hac parte copiose satis, ni fallor, actum sit, ut id quod inscriptiones spectat, eadem procedat methodo, instituti nostri ratio postulat. Ac primo quidem occurrit Spanheimii viri doctissimi observatio<sup>6</sup>, a Constantinopolitanis augustis non plane omnino, quod velle videtur, sed crebro omissum in eorum nummis imperatoris titulum, exceptis forte Juliani æreis, in quibus solitum illud IMP. legitur. Constat sane imperatorum hunc titulum a Julio Cæsare in nummis haud receptum, nec ab

Augusti successoribus Tiberio, Caio, Claudio etiam, nisi rarius in iis admissum, ut de Tiberio et Claudio asseruit Suetonius, illos a prænomine imperatoris abstinuisse: adeo ut in magna nummorum copia, qui supersunt eorundem principum, vix semel tributum advertere sit. Unde etiam eorum exemplo neglectum ab aliis cæsaribus, ut Severo, Caracalla, Gallieno, et reliquis, quorum nummi frequentius eo carent prænomine.

## XLII (XXXIV).

## TITULUS DN. IMPERATORIBUS ET CÆSARIBUS TRIBUTUS IN NUMMIS.

Hujus autem loco successere apud Constantinopolitanos binæ istæ literæ, DN., id est *Dominus noster*, quæ in venerationis titulum a populis a quibus cudebantur videntur adscriptæ. Priores certe cæsares *domini* appellari omnino recusarunt: quod de Augusto, Tiberio, et Alexandro Severo exerte scriptores tradunt<sup>1</sup>. Neque tamen omnes intra modestiæ istius limites sese continuere, cum Plinius junior Trajanum, ad eum scribens, *dominum* semper compellet: et apud Lampridium<sup>2</sup>, Antoninus Diadumenus de Opilio Macrino augusto patre verba faciens *dominum nostrum et augustum* vocet: ac in antiquis denique inscriptionibus<sup>3</sup>, Decius Trajanus, Æmilianus, Valentinus, Gallienus et Diocletianus, et qui eos deinceps excepere, *domini nostri* dicantur. Sed vix ante Marcum Aurelium Carum, ejusmodi titulos nummis inscriptos observare est: cujus quidem aureus prostat cum hisce assentatoriis verbis: DEO ET DOMINO CARO AUG. Similes propemodum habentur Diocletiani, in quorum altero ista leguntur: DN. DIOCLETIANO BEATISSIMO; in alio: FELICISSIMO SEN AUG.; præterea Maximiani, cum hacce inscriptione: DN. MAXIMIANO BEATISSIMO SEN AUG. Verum in hisce nummis tertio casu conceptæ ejusmodi inscriptiones satis declarant cusos a Constantio Chloro et Gal. Valerio Maximiano, quos ii adoptaverant, post abdicatum ab utroque imperium, quod VOX SENIORI suadet (quo modo *dominum et parentem nostrum Diocletianum seniore* *augustum* adhuc superstitem appellant Constantinus et Licinius in lege 2 Cod. Th. de Censu, edita anno 313), vel certe post eorum excessum, cum istorum aliquot nummorum aversa pars, QUIES, REQUIES OPT. MERIT. vulgo præferat<sup>4</sup>; quæ quidem inscriptio, ut in ipsius etiam Constantii nummis, mortuum augustum omnino significat. Lateres figlinos descripsit Baronius<sup>5</sup>, ex basilica Vaticana veteri, in quibus exaratum legitur: DN. CONSTANTINUS AVG. In aliis Constantini et Licinii nummis binæ istæ literæ DN in secundo casu exaratae leguntur: DN. CONSTANTINI AVG., ita ut subintelligatur vox *moneta*. In aliis Romuli, Licinii, Constantini junioris, Constantis et subsequentium imperatorum in primo. Delatos eosdem honoris titulos cæsaribus ipsis probant nummi Crispi, Licinii junioris, Constantii, Decentii, Juliani, et aliorum<sup>6</sup>. Sed et ipsis imperatricibus, maxime vero Helenæ Constantii uxori, Constantini M. matri, attributos arguunt inscriptiones veteres, quarum altera, quæ Romæ legitur, hæc præfert: DOMINAE. NOSTRAE. FL. IVL. HELENÆ, etc.<sup>7</sup>. In nummo Constantini filii ἀποθέωσιν continente exhibetur illa cum hisce characteribus, DN. MR., id est, *domina nostra mater*, ut quidam interpretantur. In aëreo quem delineari curavimus, pro DN. omnino habetur VN., id est, *venerabilis*: quo quidem titulo donatur in veteri inscriptione Neapolitana<sup>8</sup>: ΠΙΣΣΙΜΑΕ. ΑC. VENERΑΒΙΛΙ. ΔΟΜΙΝΑΕ. ΝΟΣΤΡΑΕ. ΗΕΛΕΝΑΕ. ΑΥΓΥΣΤΑΕ. ΜΑΤΡΙ. ΔΟΜΙΝΙ. ΝΟΣΤΡΙ. ΒΙCΤΟΡΙC. ΣΕΜΠΕΡ. ΑΥΓΥCΤΙ. ΚΟΝCΤΑΝΤΙΝΙ. ΕΤ. ΑΥΙΛΕ. ΔΟΜΙΝΟΡΥΜ. ΝΟCΤΡΟΡΥΜ. ΒΕΑΤΙCΙΜΟΡΥΜ. ΚΑΙCΑΡΥΜ. ΟΡΔΟ. ΕΤ. ΠΟΡΥΛΥC. ΝΕΑΡΟΙΤΑΝΥC. Tradit auctor Chronici Alexandrini<sup>9</sup> Gratianum augustum Valeriam Severam matrem, quam Marinam vocat, δέσποιναν, seu *dominam*, appellasse. In alia denique inscriptione Maria Honorii augusti conjux eodem donatur titulo, DOMINO. NOSTRO. HONORIO. DOMINA. NOSTRA. MARIA. Carolum præterea Magnum, ut et summos Romanos pontifices eundem sibi arrogasse, probant veteres aliquot inscriptiones apud Nicolaum Alemannum, in Dissertatione de Lateranensibus Parietinis<sup>10</sup>.

1. Sueton. Lamprid. — 2. In Diadum. — 3. Grut. 273, 5, 7; 274, 2; 275, 3, 4; 279, 1, etc. — 4. Occo, p. 508, 515, 519, 522, 523, 535, 536, 543, 544, 545. — 5. An. 324, n. 62. — 6. Occo, p. 540, 545, 551, 556. — 7. Grut. 281, 1; 282, 4; 284, 6, 7, 8; 1086, 2; 234, 1; 287, 4. — 8. Grut. 284, 2. — 9. P. 702, 704. — 10. P. 42, 43, 110.

1. Jo. Bapt. Laurus, de Annulo pronubo Deiparae. — 2. P. 361. — 3. In Man. l. 6, n. 5. — 4. I. 9. — 5. De Off. c. 6, n. 23, Dissert. 11, ad Joinvillam, p. 50, 51. — 6. Dissert. 8.

## XLIII (XXXV).

## DESPOTÆ TITULUS IMPP.

Ut porro *domini*, voce Latina, priores Byzantini imperatores, ita et posteriores, *δεσπότες*, Græco idiomate, cum Latinum tunc exolevisset penitus, appellari voluerunt, sicque in nummis inscribi. Habetur aureus Nicephori et Stauracii, in cujus facie altera effingitur ipse Nicephorus, cum hac inscriptione: ΝΙΚΗΦΟΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΥΣ; in aversa vero Stauracius, cum lemmate: ΣΤΑΥΡΑΚΙΣ ΔΕΣΠΟΤ. quasi ea ætate *δεσπότης* appellatio, *βασιλεύς*, seu imperatoris appellationi cesserit et Stauracius, licet εἰς βασιλέα a patriarcha Tarasio in Sophianæ Ecclesiæ ambone coronatus fuerit, patre superstitite, eo titulo ipso parente dignitate se inferiore testari voluerit. At aliquot ex subsequentibus augustis se in nummis *δεσπότης* inscripserunt, ut Constantinus, vel Michael Ducas, Nicephorus Botaniates, Romanus Diogenes, Alexius, Joannes, et Manuel Comneni, Isaacius Angelus, Alexius Angelus, et qui postea imperarunt augusti, qui hacce nomenclatura a subditis vulgo etiam ita compellabantur, cum adjectione sanctitatis, hac ratione, *δεσπότης μου ἄγιος*. Quinetiam ex iis quidam eundem titulum honoris causa proximioribus affinis communicarunt, primusque, ni fallor, Michael Ducas avunculo, ut est apud Zonaram: quæ quidem honorifica appellatio in præcipuam palatii dignitatem postea transiit, quod alias adnotavimus<sup>1</sup>.

## XLIV (XXXVI).

## FLAVII PRÆNOMEN.

Post expressas hæc DN literas, hæc FL. fere semper sequuntur, quibus indicatur Flavii prænomen, quod sequioris ævi imperatores affectasse, sibi adseruisse eorum nummi satis declarant. Ac gens quidem Flavia, Romanorum stante republica, vix cognita fuit. Vespasianus<sup>2</sup> vero ejusque liberi Titus et Domitianus ex ea orti, imperatoriam adepti dignitatem, splendorem familiæ suæ perinde ac famam conciliare: cui non modicum dedit incrementum Claudius imperator, qui ab ea genus arcessebat. Huic enim prænomen Flavii attribuit Pollio<sup>3</sup>, qui vitam illius descripsit, ut vetus inscriptio a Panvino relata: IMP. CAES. FL. CLAUDIO. PIO. FELICI, etc. Illud porro, etsi in Claudii nummis nequaquam legatur, ab eo ad Constantii Chlorig, Claudii ex fratre neptis filii, transisse familiam constat. Unde idem scriptor de Claudio verba faciens: « Ille, *inquit*, velut futurorum memor, « gentes Flaviae, quæ Vespasiani et Titi. nolo autem dicere « Domitiani, fuerant, propagavit. » Istius igitur affinitatis jure Constantii nomen cum Flavii prænomine licet observare in antiquis inscriptionibus et aliquot illius nummis. Atque inde, non in ejusdem gentis duntaxat, sed et in cæteros ferme augustos Byzantinos, tanquam imperatorie dignitatis decus, traductum docent Stemmata nostra Byzantina. Nam, ut Constantino Magno, Constantii filio, proprium quodammodo fuerit, satis innuit Aurelius Victor, scribens *Urbis fanum atque basilicam Flavii (Constantini) meritis patres sacrasse, et per Africam sacerdotium decretum Flaviae genti*. Primus porro Jovianus, post extinctam Constantii Chlorig et Constantini M. familiam, id prænominis sibi arrogasse ostendunt ejus nummi, quod ab eorum successoribus deinceps factitatum. Quin et ipse Autharitus, Longobardorum rex, quo familiæ suæ lumen accenderet, Flavii etiam affectavit prænomen, quod fecere postmodum pariter qui eum in ista dignitate exceperunt<sup>4</sup>, ipsique adeo, utrorumque exemplo, Gothici Hispaniæ reges, quod a Recaredo primo factitatum volunt quidam in Concilio Toletano III, ubi Flavii prænomen, ei attributum legitur<sup>5</sup>. Nec Romanorum augustis duntaxat, aut regibus Longobardorum vel Gothorum id prænominis proprium fuit, sed et a summis in republica viris, consulibus nempe, prætoribus, præsidibus, et viris clarissimis et patriciis, ævo ipsius Constantini, usurpatum docent Fasti Consulares (sanctus Athan. in Apol. 2 de fuga sua), veteres inscriptiones<sup>6</sup>, et diptycha Leociense, Bituricense, et Compendiense, in quibus Philoxenus et Anastasius consules ordinarii Flavii prænomine donantur, adeo ut templo Flaviae

gentis, quod effictum cernitur in Titi nummo<sup>1</sup>, recte conveniat ex eventu adscripta epigraphe, AETERNITATI FLAVIORUM, in quo etiam ludens Martialis<sup>2</sup>, simili pene sententia hæc de gente Flavia vaticinatus est:

Manebit altum Flaviae gentis decus  
Cum sole et astris, cumque luce Romana.

Hocce tamen Flaviae gentis templum a Domitiano excitatum tradit Suetonius<sup>3</sup>. Atque id forte causæ fuit cur scripserit Casaubonus Vespasianum et Titum, qui in censura sua amplissimos ordines variis bellis exhaustos suppleverant, et honestissimos quosque ex Italicis et provincialibus allegerant, eosdem communi Flaviarum gentium nomine appellari voluisse, easdemque gentes Flaviae propagasse Claudium, atque in earum numerum novos patricios adscivisse, quasi jam tum prævidisset deferendum imperium uni ex illis gentibus orto. Verum hanc viri doctissimi sententiam merito suggillat Salmasius, cum ante Constantini tempora nemo ex supremis imperii magistratibus vel palatinis proceribus Flavii nomen usurpasse legatur: quod circa ea tempora viris patriciis ab imperatoribus indultum par est credere. Quando vero honorifica ista tandem *Flavorum* nomenclatura ab augustis desiderit usurpari, haud omnino constat. Hac certe non modo donantur Heraclius et Constantinus filius<sup>4</sup>, sed et Leo Philosophus, in eorum Novellis<sup>5</sup>: ita ut posthæc viguisse aliquamdiu liceat colligere. At quod Strada id prænominis ex Comnenis ac Angelis imperatoribus attribuit, atque adeo in posteriorum imperatorum nummis descriptum fingit, non indubitatum fidem apud plerosque obtinet; tametsi constet apud Waddingum<sup>6</sup>, ex manuscripto Cencii, camerarii Vaticanæ bibliothecæ, illud tribui Joanni Ducæ imperatori, sub ann. M CC XXXIII.

## XLV (XXXVII).

## TITULUS PERPETUI AUGUSTI.

Cæteri imperatorum Byzantinorum, maxime qui ante Leonem M. imperarunt, in nummis tituli, ab his quos priores in suis sibi adscribunt augusti, vix discrepant. At tum primum advertimus pro hocce titulo, PIVS FELIX AVGVSTVS, qui per PF. solet efferi, hunc, PERPETVVS AVGVSTVS, poni, qui interdum et crebrius per duplex PP. scribitur (in aureo Constantii imperatoris quem delinari curavimus ex gazæo regio, etc. — C. in A.), in ejusdem Leonis aureis, qui hanc inscriptionem præferunt, DN. LEO. PERP. AVG. ut et in Zenonis, Basilisci et Phocæ. quæ in Anastasii, Justini, Justiniani, Tiberii, Heraclii, et aliquot aliorum, per duplex PP. contrahitur. Enimvero perpetuitatis titulus in inscriptionibus et numismatibus paulo recentioris est ævi. In inscriptione ad Urbinum, Constantius et Maximianus PERPETVI CÆSARES, in alia, Romæ ad arcum Septimii Severi, Valentinianus PERPETVVS AC FELIX SEMPER AVGVSTVS, in alia, circa Brixiam, idem Valentinianus, Valens, et Gratianus, PERPETVI PII FELICES SEMPER AVGVSTI dicuntur<sup>7</sup>. Apud Marium Mercatorem, ejus *Commonitorium* dicitur oblatum *püssimo principi Theodosio semper augusto*.

## XLVI (XXXVIII).

TITULUS IMPERATORIÆ, ET TRIBUNICIÆ  
POTESTATIS, etc.

Neque omnino videntur abrogatæ solennes eæ in priorum imperatorum numismatibus et inscriptionibus epigraphæ, quæ imperatoriæ, vel tribuniciæ, aut consularis dignitatis exactos titulos denotant. Dedimus enim aureum Valentiniani senioris, in cujus aversa facie figura stolata ac galeata sedet, cum hisce characteribus: IMP XXXXII COS XVII PP. Prostant inscriptiones veteres<sup>8</sup> in quibus Constantinus M. PONT. MAX. TRIB. POT. COS. III. PP. indigitatur: in alia vero, PONT. MAX. TRI. P. XXIII. IMP. XXII. PP. Julianus. P. M. IMP. VII. CONSS. III.; Valentinianus idem senior et Valens, PONTIF. MAXIMVS TRIB. POT. VII. IMP. VI. CONS. II.; Gratianus denique in eadem, ut et in alia inscriptione, perinde, PONTIF. MAXIMVS. TRIB. POT. III. IMP. II. CONS. PRIMVM. Atque hanc inscriptio-

1. In Not. ad Cinnam. p. 468. — 2. Suet. in Vesp. c. 4. — 3. In Claudio. — 4. Paul. Warnefr. l. 3, de Gest. Long. c. 16; Bullar. Casin. tom. 2, pag. 1, etc.; Regino, an. 517, Baron. an. 744, n. 41. — 5. Bivarius, in Chr. Maxim. p. 73; Chifflet, in Vindic. Hisp. p. 350. — 6. Grut. 1076, 2; 1023, 4; 431, 4; 412, 3; 282, 4; 1079, 14; 175, 5; 406, 1; 1053, 10; 1076, 2; 1054, 8; 192, 12; 392, 3.

1. Apud Braum, p. 30. — 2. L. 9, ep. 2. — 3. In Domit. — 4. Jus Gr. Rom. p. 77, 83. — 5. Novelle Leonis Imp. p. 430, edit. Scrimger. — 6. An. 1233, n. 10. — 7. Grut. 161, 3; 285, 8, 1086, 8. — 8. Grut. 283, 1, 3, 285, 1, 2, 3, 4; 160, 4; 1082, 13.



num<sup>1</sup> formulam a militum acclamationibus manasse pridem viri docti observarunt, ex rerum scilicet præclare gestarum, vel expeditionum bellicarum ab ipsismet imperatoribus, aut ab eorum legatis susceptarum numero, cum, ut ait Dio<sup>2</sup>, semel tantum uno de bello id nomen liceret adsumere. Pontificis vero maximi titulum in nummis etiam sibi adrogasse Constantinum M. arguit ille a Spanhemio<sup>3</sup> descriptus in quo hi characteres exarati conspicuuntur, PMTRPPP COS III PROCOS. Ubi quare proconsularem dignitatem vel titulum sibi adrogarint imperatores disputat idem vir doctissimus. Cur autem pontifices maximi, imperatores christiani interdum appellari voluerint, notum ex Zozimo<sup>4</sup>, qui tradit non modo Latii reges, sed et Romanorum imperatores hosce titulos sibi adrogasse, quos neque etiam primo ex christianis respuerint augusti Constantinus M., Valentinianus et Valens, quibus ex ritu veteri pontificium habitum a gentilibus pontificibus delatum et acceptum ait, sed recusatum a Gratiano, ἀθέμιτον εἶναι χριστιανῶ τὸ στέμμα existimanti; vel quod de Leone M. imperatore dixit Facundus<sup>5</sup> Hermianensis episcopus, quia noverat, quod post adventum Domini gentiles tantum principes imperium simul sacerdotiumque tenuerunt, iudicavit non decere principem christianum quod fuit aliquando gentilitium. Jam vero cur Valentinianus consul decimumseptimum inscribatur, nemo opinor, attigit, cum semel hanc dignitatem cum filio inierit, adeo ut dicendum sit hæc in longioris vitæ ac imperii vota fuisse adscripta<sup>6</sup>.

## XLVII (XXXIX).

## TITULUS NOVI CONSTANTINI.

Atque hæc quidem appellationes augustis omnibus fuere communes: at ex iis aliæ præ cæteris quosdam spectarunt, ut fuit illa *Novi Constantini*, quæ Tiberio, et Heraclio, Heraclii imperatoris filio, potissimum in nummis adscribitur, voce tamen, *Novi*, expuncta, propter numismatum exiguitatem. Quippe Justinus junior morbo correptus adoptatum Tiberium Cæsarem creavit, et Νέον Κωνσταντίνον, *Novum Constantinum* appellavit, ut est in Chronico Alexandrino<sup>7</sup>; ubi interdum, suppressa priori voce, nude *Tiberius Constantinus*, quo modo etiam in nummis ejusdem augusti, dicitur. Eadem perinde nomenclatura donatus est a patre Heraclio imperatore, Heraclius filius primogenitus: dictus enim *Heraclius Novus Constantinus*, non *junior*, uti habet interpres, quem errorem erravit etiam in Tiberio, quod præ cæteris arguit subscriptio *Novellæ Heraclii*<sup>8</sup>, quæ data legitur VIII. kalend. maias *Constantinopolitanorum dominorum nostrorum piissimorum perpet. augg. Heraclii anno VIII, et Heraclii Novi Constantini filii ipsius anno VII*, ut et subscriptio diplomatis Honorii PP. apud Ughellum<sup>9</sup> in episcopis Bobiensibus. Neque tamen Tiberio et Heraclio peculiaris fuit hæc appellatio, nisi quod cognominis vice proprie videatur iis indita, Tiberi quidem a Justino prosocero. Heraclio vero juniore a parente, cum hanc cæteri fere ambierint augusti. Marciano enim augusto *Novo Constantino* non semel acclamatum legimus in concilio Calchedonensi, act. 4 et 6; Justino, in Synodo sub Hormisda; Justiniano, in concilio sub Mena, act. 5, Constantino Pogonato, in VI synodo act. 8; et Constantino filio Irenes, in VII synodo, act. 7. Quinetiam postremi imperatores honorificam istam appellationem affectarunt, quod de Michaele Paleologo testatur inscriptio in æde Deiparæ Peribleptæ Constantinopoli, quam profert Leunclavius<sup>10</sup>, firmatque Georgius Pachymeres<sup>11</sup>. Sed et Constantinopolitani ex Francica gente imperatores videntur appellationem eandem usurpasse, quod præ cæteris docet Innocentius III<sup>12</sup>, pontifex, qui Balduinum Flandrensem *Constantinum imperatorem* nude vocat. in epistola ad Namurcensem comitem: « Præterea, inquit, præsentibus vobis litteris innotescat, quod postquam illustris memoria Constantinus imperator sub hostili custodia diem clausit extremum, charissimus in Christo filius noster Henricus, germanus ipsius Constantini frater, imperator illustri, ab universo exercitu Latinorum unanimiter et concorditer fuit in apicem Imperii sublimatus. » Nisi forte mendum sit, legendumque *Constantinopolitanus*.

1. Spanheim. diss. 8, p. 690. — 2. Lib. 60. — 3. P. 741. — 4. Lib. 4, p. 761, 37 — 5. Lib. 12, cap. 3. — 6. Ammian. lib. 25. — 7. P. 862, 864. — 8. Jus Gr. Rom. p. 83. — 9. Tom. 4, p. 1325. — 10. In Pand. Turc. n. 51. — 11. L. 4, c. 21, l. 13, c. 23. — 12. L. 9, epist. 47.

## XLVIII (XL).

## NUMMI VOTIVI.

Ex imperatoriis deinde nummis, votivi vulgo appellantur qui vota publica nuncupata, suscepta et soluta pro salute principis in inscriptionibus suis præferunt, vel quod iis quibus suscepta sunt annis cusi ac formati sint. Atque hi quidem, licet ævi inferioris nummorum, seu Constantinopolitanorum imperatorum, non omnino proprii fuerint, habent tamen qui ab iis cusi sunt quiddam peculiare quod in superioris ætatis principum nummis non occurrit. Quod quidem ut legenti planum fiat, lubet votorum istorum originem ab ipsis primordiis summam repetere. Scribit Dio<sup>1</sup>, Augusto, cum primum decennium exivisset, aliud quinquennium, atque eo circumfacto, rursum aliud quinquennium, post decennium, ac eo finito aliud item decretum fuisse, ut continuatis decenniis per totam vitam, summam imperii obtinuerit. eamque ob causam posteriores quoque imperatores, licet non ad certum tempus, sed ad vitam imperium esset eis delatum, id deinceps observasse, ut singulis decenniis festum pro ejus renovatione agerent, quod etiam hodie fit, inquit ille. Ad quintum autem decennium Augusto oblatum ac decretum scribit idem Dio. Ex hinc cæteri deinceps augusti, exactis decenniis, principatum sibi confirmari senatusconsulto non petierunt, cum id non inviti retinerent, ut Augustus, sed ultro sibi assererent, quod de Tiberio idem scriptor commemorat, et ex eo Niphilinus, qui subdit πανήγυριν δεκαετηρίδα, quam δεκαετούς πανήγυριν vocat Eusebius<sup>2</sup>, exacto decennio celebrasse. Ita postmodum, eodem Dione auctore, Severus imperator imperii exacto decennio congiaria et annonas militibus distribuit, et populo circenses dedit. Ex hoc igitur recepto more decennialia singulis decenniis celebrata constat, quod præterea firmat Trebellius Pollio in Gallieno Salonino. Sed postmodum obtinuit ut vota publica pro decennialibus feliciter auspicandis et ineundis ederentur cujusque decennii initio, quod ex nummis potissimum Antonini Pii<sup>3</sup> colligimus, quorum alii PRIMI DECENNIALIS, alii SECUNDI DECENNALES præferunt, alii VOTA SOL. DEGEN. II. alii denique VOTA SUSCEP. DEGEN. III. Ita tria decennialia imita ab Antonino Pio, qui annos 24 tantum imperavit. In gemma quam habet Dactyliothecca manuscripta Ludovici Chalucii, exstat figura sacrificantis specie, cum hisce characteribus, VOTA SVSC. VICE., id est, *Vota suscepta Vicennialiorum*. In aliis perinde nummis Antonini Philosophi<sup>4</sup> leguntur, PRIMI DECENNALES, et VOTA SVSC. DEGEN. et VOTA SOL. DEGEN. In nummis Commodi, VOTA DEGEN. SVSC. In nummis denique Helvii Pertinacis, qui vix menses quatuor imperavit, VOT. DEGENNAL. et in Pupieni Maximi, cujus imperium haud bienni fuit, VOTIS DEGENNALIBUS, quæ totidem habentur in Severi Alexandri et Julii Philippi monetis<sup>5</sup>. Profert Cholius<sup>6</sup> nummum alium Diocletiani, qui vicesimum imperii annum vix excessit, in quo scriptum, VOT. XXX. s. Habetur in ejusdem Chalucii Dactyliothecca<sup>7</sup> ectypon gemmæ, cui insculptum, VOT. XXX. S. DI., id est, *Vota Tricennialiorum suscepta, Diocletianus*. Præterea gemmæ aliud ectypon, quæ hosce characteres præfert MAXI. VOT. XXX. P., id est, *Maximianus, vota Tricennialiorum publica*. Ex quibus perspicuum fit vota decennialia vel decennialiorum suscepta cujusque decennii initio. Alii præterea nummi nude præferunt, VOTA PUBLICA, ut Lucillæ I. Veri uxoris, Hadriani, Septimii Severi, Caracallæ, Getæ, Macrini, Elagabali, et aliorum: in quibus omnibus sacrificium fere semper effingitur, quod vota ejusmodi pro salute principis et imperii felicitate, cum sacrificiis initio cujusque lustris aut decennii exsolverentur, ut monemus in nostra Constantinopoli, ubi de Tribunali novemdecim accubituum agimus. Atque hæc quidem obtinere priusquam religionem christianam essent amplexi imperatores<sup>8</sup>, a quibus, abrogatis in votis publicis sacrificiis, reliquæ solemnitates servatæ sunt, vel novæ excogitatæ, in quibus illa fuit, ut offerrentur imperatoribus ex more a magistratibus munera, certa nempe aureorum solidorum quantitas ab ipsis principibus definita. Exstat eam in rem insignis epistola Symmachi ad Valentinianum juniorem<sup>9</sup>, in qua ait Valentiniano et Valenti ob decennium minorem summam decretam: Gratianum, cum tertium lustrum ævi imperialis exigeret, parciose munificentia honoratum: eidem denique Valentiniano mille sexcentas auri libras decennialibus imperii factis devotum ordinem promississe. urbanis ponderibus conferendas. id est, trutinæ largioris examine. (Quo etiam spectant ista

1. L. 53. — 2. In Orat. de Laudib. Const. — 3. Occo, p. 257, 264. — 4. Du Choul, p. 156. — 5. Erizzo, p. 452, 335, 336, 429, 430, 515. — 6. Du Choul, p. 253. — 7. P. 56. — 8. Petrus Faber, ad tit. 2, Orig. Jur. p. 764. — 9. L. 10, ep. 26.



Lactantii in lib. de Mort. Persecut., num. 31, ubi de Maximiano Galerio imperatore: « Quis ergo non bonis suis « eversus est, ut opes quæ sub imperio ejus fuerunt, corradere-  
« rentur ad votum, quod non erat celebraturus. » — C. in Add.). In hac etiam decennialiorum celebritate edebantur circenses, eximebantur rei de carceribus, agebantur Deo gratiarum actiones, et distribuabantur pecuniæ per civitates, ut testatur Eusebius<sup>1</sup>. Sed quæ singulis decenniis concipiebantur vota postea singulis quinquenniis sunt exsoluta, quod indicat loco laudato Symmachus. Indeque quinquennialium aut quinquennialiorum votorum inscriptiones in nummis manarunt, ita ut quinquennialium vel quinquennialiorum vota primo initæ dignitatis anno celebrata censi debeant, decennialiorum post exactum quinquennium, vel ipso quinto exeunte anno, quindecennialiorum exeunte decennio, vicennialiorum exeunte decimo-quinto dignitatis anno. Et ita deinceps. Alia enim sunt *vicennialiorum vota concepta*, alia *edita vicennialia*. Edebantur quippe vicennialia anno vicesimo imperii, vicennialiorum vota anno decimo, aut decimo-quinto. Verbi gratia, Constantinus Magnus vicennialia Romæ edidit ipso Constantino VII et Constantino Cæsare consulibus qui fuit imperii vicesimus annus, Christi 326, ut est apud Eusebium. Idacium et auctorem Chronici Alexandrini: Vota vero vicennialiorum acta imperii decimo-quinto, quod innuit Nazarius in Panegyrico ipsi Constantino dicto: « Quintum « decimum annum maximus princeps salutaris imperii degit, « sed auguramur jam vicennialia, et venturi fidem superiorum felicitate sancimus. » Cumque eo anno agerentur quinquennialia Licinii junioris, Crispi et Constantini junioris, qui cæsarum dignitate cohonestati fuerant kal. mart. Sabino et Ruffino coss. anno Christi 316, hæc subdit: « Quinquennialia beatissimorum cæsarum occupatos in gaudiis habent, « sed in destinatis decenniis jam vota properantia et spes « volucres constiterunt, horum dehinc compotes propagabimus optabilis boni seriem. » Atque horum quidem una simulque cæsarum vota nuncupata crebro advertere est in eorum nummis, in quibus legitur: VOT. X. aut XX. CÆSARVM NOSTROEVN: etsi interdum sua cuique vota inscripta, ut in nummo Constantini junioris, VOTA VICENNALIORYM: et in nummis Crispi, in quibus pro lemmate est: BEATA TRANQUILLITAS, et VIRTVS EXERCITVS, et VICTORIÆ LÆTÆ PRINCIPVM, in cippo, clypeo, et labaro descriptum legitur, VOT. XX. quæ quidem vicennialiorum Crispi vota, utpote exacta in ejusdem decennialibus, cadebant in vicennialia Constantini patris: quod indicat Porphyrius in Panegyrico, eidem augusto in ipsis vicennialibus dicto in quo dum metro ludit, in medio paginæ corpore, minio hosce characteres depinxit: AVG. XX. CÆ. X.: id est: *Constantini augusti vicennialia, Cæsaris decennialia*. Ac de Crispo quidem:

..... Tu carmina prome  
Vate Deo digna: aut si quod perferet audens  
Majus opus nectens, mens tota mole subibit,  
Spe pinget carmen, pangat si cœpta camena,  
Compleat et versu variata decennia picto.  
Ore secunda vovens sub certo limite metri.

Ubi secunda vota Crispi sunt vota vicennialiorum, de quibus alio loco:

Sancte pater, rector superum, vicennia læta  
Augusto, et decies crescant solennia natis.

Et de Constantini vicennialibus:

. . . . Te tanto in carmine musa  
Et tua de scriptis pingit vicennia metris.

Mox de votis Tricennialiorum:

Sæclis da, Constantine, serena  
Tempora, summe pio tricennia suscipe voto.

Quæ quidem Constantini tricennialiorum vota concepta leguntur in nummo aureo, clypeo, quem tenet Victoria, inscripta, VOT. XXX. ubi pro lemmate est, VICTORIA CONSTANTINI AVG. Ad quam Constantini eo anno victoriam respexit idem poeta:

Augusto victore juvat rata reddere vota.

At cum nullam hoc anno victoriam ab hostibus adeptus Constantinus legatur, eam forte nummus iste spectaverit

quam paulo ante fuso Licinio retulerat anno Chr. 325 cum inde gloriosam *victoris* appellationem postmodum ambierit, ut testatur Eusebius<sup>1</sup>, quamque nomini suo fere semper præposuit, ut est apud eundem scriptorem, auctorem Chronici Alexandrini, et alios. Nisi referri debeat ad victoriam illam quam se consecutum gloriabatur eo anno 326 quo vicennialia acta sunt, contra Ecclesiæ hostem, postquam episcopos in Concilio Nicæno invicem dissidentes in concordiam revocasset, ut auctor est idem Eusebius<sup>2</sup>, adeo ut *victoriam Constantini* ut suam ac propriam in nummis inscribi voluerit. Ex prædictis etiam patet Crispum post edita cæsareæ dignitatis decennialia, quæ in kal. martias in vicennialibus Constantini patris cadebant, ab eo sublatum. Tricennialia porro Constantinopoli edidit idem Constantinus 8 kal. aug. anno imperii tricesimo, ut est apud Idacium et auctorem Chronici Alexandrini: in quorum quidem celebratione panegyricum Constantino ex more dixit Eusebius cæsariensis, qui ejus Historiæ subjicitur, ut ipsemet testatur<sup>3</sup>. Constantius vero filius Romæ vicennialia celebravit ipso Constantino IX et Juliano cæsare II coss. anno imperii vicesimo, Christi 357. Ita denique Arcadius anno imperii quinto, Valentiniano III et Eutropio coss. anno Christi 387. *Quinquennialia propria cum Theodosio Augusto patre suo editionibus ludisque celebrasse dicitur*. 17 kal. febr. apud Idacium et Marcellinum comitem. Sic etiam Theodosius Junior quinquennialia, apud auctorem Chronici Alexandrini; decennialia apud eundem Marcellinum, eodemque anno Honorius decennialia: tricennialia idem Honorius: tricennialia perinde Theodosius anno tricesimo imperii, Christi 430, ediderunt. Idem denique Theodosius, apud Marcellinum. anno Christi 439 octava, et anno 444 nona *quinquennialia edidit*. Quæ quidem ut singulis lustris edita quinquennialia, ita eorum nuncupata vota cujusque lustris initio, vel potius anno proxime ante exactum lustrum, prorsus evincunt nummi aliquot, ut ille Constantini Junioris cæsaris, in quo  $\frac{X}{V}$  inscriptum in clypeo cum lemmate, ROMÆ ÆTERNÆ, nisi decennialiorum aut quindecennialiorum vota intelligantur: alii Valentis et Gratiani, VOT. XV. MVLT. XX. Præterea ex Nazarii Panegyrico videtur posse colligi eum in quinquennialiorum celebritate dictum fuisse: ut Incerti Panegyricum Maximiano et Constantino dictum, eo quo idem Constantinus Augustus appellatus est anno, proinde in quinquennialiorum votorum nuncupatione. Nam Constantino, quem *Oriente* imperatorem vocat, dictum insinuans ob *lætitiæ publicam, qua ei Cæsari additum nomen imperii*, et ob *coelestium nuptiarum festa* tum celebrata subdit: « Huic « voto propria nunc debetur oratio, quod semel factum. « futurum est sempiternum. » Et infra: « Restat ut ipsa illa « quæ separatim de virtutibus vestris locutus sum, sicut « huic voto congruit, in sermonis finem conjungam. » Erant igitur isti panegyrici *publica* populorum *vota*, quorum edendorum gratia deligebantur oratores disertissimi, qui in principum laudes excurrerent, et felicia lustra vel decennialia eis adprecaentur, ut in Nazarii laudato panegyrico loco vidimus, votis ipsis in nummis relatis, cum ipsa interdum felicitatis adprecaatione, ut in inscriptione veteri, VOTIS VICENNALIIB. FELICITER. Et in Alia in clypeo exarata, apud Boissardum<sup>4</sup>, CÆSARVM DECENNALIA FELICITER. In alia apud Gruterum<sup>5</sup>, VOTA FELICISSIMA OB REDITVM NVMERI. In nummo aëreo Licinii junioris cæsaris, in corona laurea, VOT. X. FEL. XX.; et in aureo Constantis medallione in quo exaratum, FELICIA DECENNALIA, et in clypeo, VOT. X. MVLT. XX. ubi felicia decennialia edita anno decimo, quo vicennialiorum vota nuncupata. Neque hic edendorum panegyricorum in dignitatum natalibus mos proprius imperatoribus fuit: cum et in episcoporum cathedræ, seu miti episcopatus Natalibus, editi complures legantur apud Gregorium Nazianzenum, Nysenum, Chrysostomum, Augustinum, Ennodium, Chrysologum, et alios, ut pridem annotatum a viris doctis<sup>6</sup>.

#### XLIX (XLI)

#### NUMMUS CONSTANTINI, IN QUO EXARATUM, PLUR. NAT. FEL.

Ad has felicitatis adprecaationes et vota pertinet etiam inscriptio illa quæ exarata legitur in Constantini M. cæsaris nummo, PLUR. NAT. FEL., id est. *Plures natales felices*. Is autem, si bene auguror, tum primus cusus videtur, cum

1. L. 2, de Vita Const. c. 49; l. 3, c. 58; l. 2, c. 45, 47. — 2. L. 3, c. 44. — 3. De Vita Const. l. 4, c. 46 — 4. L. 1 — 5. 22, 3: 46, 7. — 6. Rosweid. ad Paulini, ep. 16. Boland. ad 18 Januar., Sirmond. ad Ennod. etc.

1. L. 8, c. 12, 26, 1, 1, de Vita Const. c. 41: l. 2, c. 24.

nobilissimi cæsaris dignitatem consecutus est a Maximiano augusto et socero. Ejusmodi enim dignitatum, quæ ad imperatorium fastigium veluti gradus erant, dies natales celebrabantur ab omnibus, et fastis inscribebantur. Quod potissimum deprehendere licet ex kalendariis Philocali et Herwartii, et Laterculo Silvii, in quibus natales imperatorum et cæsarum describuntur, suis quique locis adnotati. In iis porro Constantini Magni natales tres adscripti leguntur: primus III kal. martii, alter prid. non. april., tertius denique VIII kal. aug. Ac primus quidem et tertius *dies augustorum* spectant, qui vel *lucis auspicia, vel ortus imperii protulerunt*, ut loquitur lex 2 Cod. Th. de Feriis. Prior igitur ad *genuinum*, uti vocatur a Silvio et in lege 17. Cod. Theod. de Proxim. Comit. etc. *Natalem* Constantini pertinet quo nempe est in lucem editus; alter quo cæsar: tertius ad eum quo augustus creatus est. Cæsarem dictum Constantinum statim postquam Constantius pater augustus est renunciatus, tradit exerte Aurelius Victor<sup>1</sup>. Constantius vero supremam adeptus est dignitatem kal. April. Diocletiano IX et Maximiano VIII coss. ut est apud Idacium. Quo quidem mense cæsar etiam dictus Constantinus, qui, eodem auctore, *levatus est augustus VIII kal. aug.* Qui proinde dies *natalis* est Constantini *purpureæ*, ut loquitur Silvius, ubi de natali imperii Valentiniani; de quo quidem hæc habet Eumenius in Panegyrico eidem Constantino dicto: « Quamvis igitur ille FELICISSIMVS dies proxima « religione celebratus, imperii tui natalis habeatur, etc. » Constantinus igitur cæsar dictus est prid. non. april. cujus dignitatis natalis sic describitur ab eodem Silvio. « Prid. « (non. april.) natalis Constantini. circenses. » Unde colligitur, ut ex aliis hujusmodi kalendariis locis, hisce natalibus editis quotannis ludos circenses. Plures igitur optantur Constantino *natales felices*, id est, ut quo modo cæsar jam et nobilissimus dictus est, ita et deinceps augustus renuntietur, istiusque novæ ac supremæ dignitatis *natalis* Fastis perinde adscribatur. Natalium vero appellatione donatos dies quibus qui in dignitate quadam inauguratur, alibi pluribus docemus. Ad hæc etiam vota, adprecationes, vel potius publicas populorum acclamationes, referri potest inscriptio illa græca, barbarisque characteribus in medio nummo æreo Theophili imperatoris exarata, cujus geminum aureum habet Octavius Strada<sup>2</sup>, ΘΕΟΦΙΛΕ ΑΥΓΟΥΣΤΕ ΤΥ ΝΙΚΑΣ, id est, *Theophile auguste tu vincas*, ubi ΝΙΚΑΣ pro ΝΙΚΑ.

## L (XLII).

## VOTA MULTA.

Obtinuit deinde ut non felicia duntaxat, sed et multa voverentur decennalia, ut in Constantini M. nummo, in quo descriptum legitur, VOTIS MVLTVS X; et in alio VOTIS V. MULTIS X; rursum in alio, X. MULT. XX. Hinc crebræ ejusmodi fluxere formulæ ac inscriptiones in subsequentium imperatorum nummis, cum populi vota sua ad solam quinquennalium aut decennalium felicitatem nollent coercere, et si non pro æternitate, saltem pro vitæ et imperii diuturnitate, vota sua nuncuparent. Quo spectant ista Nazarii: « Verum « quid agimus vicenis aut jam tricenis annis circumscribendo quæ jam æterna sentimus? Ampliora sunt merita « principum quam optata votorum, quinimo in immensum « felicis cursus imperii, nec humanorum terminos curent, « qui semper divina meditentur. » Et ista Corripi de Laudibus Justinii<sup>3</sup>:

Hinc vester primus feliciter excipit annus,  
VOTAQUE PLVRA tuis celebret nova Roma triumphis.

Interdum denique ita populorum concipiebantur vota, ut sicut quinquennalia, sic decennalia feliciter exigerentur. hisce characteribus in nummis designata, SIC. X. SIC. XX. et SIC. XX. SIC. XXX.; quam quidem votorum concipiendorum formulam in Constantii et Constantis fratris nummis tantum advertimus. Maxime vero, ac ut plurimum vota ista edebantur de decennio in decennium, uti supra observatum, quod etiam Byzantinorum augustorum nummi docent, in quibus passim exaratum legitur: VOT. X. MVLTV. XX. VOT. XX. MVLTV. XXX. etc. Exstant præterea bini Licinii imperatoris nummi, in quibus scriptum, VOT. XX., qui quidem annum dominationis fere post decimum quartum cæsus est, ut ait Victor, nisi dicamus cusos ineunte quindecennio. Desiere tandem adscribi nummis ejusmodi vota post extinctam Theodosii familiam: tametsi in Majoriani numismate legimus, nulla

quinquennalium aut decennalium mentione, VOTIS MVLTVS: quo spectant ista Sidonii<sup>4</sup> ad eundem Majorianum:

Sic te Sidonio recocta fuco,  
Multos purpura vestiat per annos.  
Sic lustro imperii perennis acto,  
Quinquennalia fastibus dicentur.

Et in alio argenteo Justiniani, VOT MVLTV HTY (forte pro ζτη), quibus vocibus felicitatem, vel diuturnitatem imperii adprecabantur: ut hacce, FLOREAS, vel FLVREAS Baduelæ Italiæ regi, in ejus nummis. Cui quidem similis est illa quæ adscripta legitur Philocali Kalendario: VALENTINE FLOREAS IN DEO. VALENTINE VIVAS FLOREAS. VALENTINE VIVAS GAUDEAS. (Passio sancti Savini: « Et statim discesserunt omnes, « una voce dicentes: Auguste, tu vincas et cum diis floreas. » — C. in Add.) Istiusmodi adprecationis formulam usurpat Sospater Charisius in epist. ad filium, Grammaticæ præfixa, quam sic claudit: « Valeas, floreas, vigeasque ævo longisimo, Fili, patri tuo carissime. » Utitur etiam non semel Alcuinus<sup>5</sup>. Et HRabanus Maurus ad Gregorium IV. PP<sup>3</sup>:

Ut valeas, vigeas sanus, et prospera captes,  
Hic et in æternum regna superna metas.

(Denique sanctus Athanasius, in Apologia ad Constantinum imp.: « Ἐν δὲ θεωρίᾳ ἔστατε Ἀύγουστε, ζήσεαι πολλὰς ἐτῶν περιόδους. Sed et huc referri potest, vel certe ad hanc formulam, epigraphe Sallustii, nescio cujus, addita numismati apud Car. Patin. in Thes. Numism., PETRONI PLACEAS. Sed de votis decennialibus multa commentatus est vir singularis eruditionis, Henricus Norisius Veronensis, in Dissertatione chronologica de ejusmodi votis, in quam non incideram, dum nostra in lucem primum prodiit. — Cang. in Add.)

## LI (XLIII).

## ACCLAMATIO Πολυχρόνιου.

Atque inde forsitan in diuturnioris etiam vitæ et imperii votum, acclamatum principibus Byzantinis Πολυχρόνιον, seu *multos annos*, quod tamen non nuperum: quo spectat inscriptio illa in nummo aureo Constantini Copronymi, C LEON P A MVLΘ, id est, ut interpretor, *Constantinus Leoni perpetuo augusto multos annos*. In alio litera θ deest. Qui quidem nummus, ut et hoc obiter adnotemus, cusus videtur quo Leonem filium corona ac diademate donavit Constantinus Copronymus, die festo Pentecostes anno 750. In antica enim facie Constantinus ipse imperatorio habitu effingitur, cum iis quos descripsimus characteribus. In nummi vero facie altera effinguntur iidem Constantinus et Leo, quorum nomina exhibent characteres Græci, CONSTANTINOS S. LEON O NEOS. Ubi cum Leo, Copronymi filius, ὁ Νέος dicatur, ut *minor* Adoni Viennensi<sup>4</sup>, qui revera infans erat, non video cur *major* dicatur in subscriptione Bullæ Stephani III PP. quem alii II nominant, pro monasterio Sandionysiano, quam post Doubletum et Sirmondum descripsit vir eruditissimus Joannes Mabillonius, unaque cum eo in archivo ejusdem monasterii in ipsis phyliris exaratam inspeximus non semel, quidquid dicat vir doctissimus<sup>5</sup>, quæ sic habet: « Datum IIII « kal. martias, imperante domno piissimo augusto Constantino, a Deo coronato, magno imperatore, anno decimo « octavo imperii ejus. sed et Leone majore ejus filio, anno « quarto indictione decima. » (Nisi revera major filius Constantini aliorum respectu dicatur: quemadmodum apud Bedam, in Chron. lib. 1, cap. 11, Honorius augustus dicitur filius Theodosii minor respectu Arcadii, majoris Theodosii filii. Sed an hoc anno 757 alios habuerit filios Constantinus, ex scriptoribus Byzantinis non plane liquet. — Cang. in Add.) Deinde vereor ne hæc adscripta diplomati temporis nota mendo careat. Cum enim Constantinus Copronymus imperium inierit post parentis obitum, 18 junii Ind. 9 an. Chr. 741, non potuit decimus octavus imperii annus incidere in indictionem decimam IV kal. mart., qui hoc anno 757 et hoc mense erat tantum decimus sextus. Neque id referri potest ad annum quo a patre Copronymus renunciatus est imperator, qui fuit 720 ipso Paschatis die, 25 martii. Deinde cum Leo filius natus 25 januarii anno 750, ind. 3, et sequenti anno 751 die Pentecostes festo, qui incidit in 5 junii, ab Anastasio patriarcha diademate donatus fuerit, ut habet diserte Theophanes, hoc anno 757 IV kal. mart. Leonis Junioris imperii

1. In Epit. — 2. P. 297. — 3. L. 4, vers. 140.

4. Carm. 13. — 2. Epist. 68, 74, 91, 112. — 3. Poem. 182. — 4. In Chron. — 5. Daniel Papebroch. in Propyleo ad tom. 2, April. n. 129.



annus erat sextus, necdum finitus. Fatendum tamen huicce subscriptioni, alterius epistolæ Pauli II PP. quæ exstat apud Rubeum, in Historia Ravennensi<sup>1</sup>, subscriptionem convenire: sic enim clauditur: « Dat non. febr. imp. domino « piissimo augusto Constantino, a Deo coronato, magno imp., « anno \* XI et pacis ejus anno XX, sed et Leone, majore ejus « filio, anno VII, indictione XII, ubi pro XL et pacis legen- « dum videtur XX et post coss. (id est consulatum) ejus anno « XX, etc. »; quæ quidem indictio in annum 759 cadit. Nodum solvent alii. De hac porro Πολυχρόνιον formula ita sanctus Augustinus<sup>2</sup>: « Exhibes aliquam solennitatem amicis, audis « ibi et bene optantibus tibi, Multos annos vivas. » Et Leo III PP.<sup>3</sup>: « Reversus est ad murum civitatis Constantinopo- « litanæ, et cepit cum eis foris muros vocibus magnis « laudare (εὐφημεῖν) ac dicere, Constantinum magnum impe- « ratorem multos annos. » Synodus VIII<sup>4</sup>: Εὐθὺς γὰρ ὁ καθο- « σιῶμενος Νοτάριος εἶπέ, Πολλὰ ἔτη τῶν Βασιλέων. Denique Theo- « phylactus Bulgariensis<sup>5</sup>: Προσχυνεῖ μὲν ἴσως ὁ πολίτης, καὶ « μεγαλύνει, καὶ εὐφημεῖ, καὶ προσθήκην ἡμερῶν αἰτεῖται παρὰ τοῦ « κρείττονος. Sed hæc vulgata et obvia; subdam tantum quæ de « ejusmodi adprecationibus imperatoribus et patriarchis in « Ecclesia fieri solitis habet Codex scriptus Bibliothecæ regiæ<sup>6</sup>. « Ὅπως πολυχρονίζουσι τοὺς Βασιλεῖς καὶ τὸν Πατριάρχην ἐν τῇ « μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ κατὰ τὴν ἑορτὴν τοῦ Χριστοῦ Γεννήσεως, καὶ τῶν « Φωτῶν, καὶ ἐν τῇ μεγάλῃ Παρασκευῇ. Πολυχρόνιον ποιεῖται ὁ Θεὸς « τὴν κραταίαν καὶ ἁγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. Πολυχρόνιον « ποιεῖται ὁ Θεὸς τὴν θεόστεπτον, θεοπρόβλητον, θεοδόξαστον κραταίαν « καὶ ἁγίαν βασιλείαν αὐτῶν εἰς πολλὰ ἔτη. Τὸν δεσπότην καὶ Ἀρχιε- « ρέα ἡμῶν Κύριε φυλάττε, λεγεται δὲ τρίς, εἰς πολλὰ ἔτη, τρίς. Εἰς δὲ « τὴν τράπεζαν εὐχονται οὕτως. Εἰς τὸ πολυχρόνιον ζωῆ, εἰρήνῃ, ὑγιείᾳ. « εὐδωσον καὶ κατ' ἐχθροὺς νικῆν τῶν κραταίων καὶ ἁγίων ἡμῶν « αὐθέντων καὶ βασιλέων, εἰς τὸ πολυχρόνιον ζωῆ, ὑγιείᾳ, καὶ σωτηρίᾳ « τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν δεσπότη τοῦ οἰκουμενικοῦ Πατριάρ- « χου, etc.

## LII (XLIV).

## ANNI IMPERII IN NUMMIS DESCRIPTI.

Ad nummorum præterea Byzantinorum inscriptiones perti- « nent adscripti in iis augustorum, quorum sunt, imperii « anni, quod usurpatum in æreis Justinii Thracis, Justiniani, « Justinii Junioris, Tiberii, Mauricii, Phocæ, Heraclii, et aliquot « aliorum, observare est: neque enim in aureis et argenteis « ulli reperiuntur exarati<sup>7</sup>. Scribuntur autem characteribus « Romanis. Errare enim constat Alemannum<sup>8</sup>, qui in nummis « Justinii et aliorum, στ Græcum ἐπίσημον, sex denotans scribi « putavit, cum sit V barbarum, seu ut a Græco-barbaris tum « effingi solebat, quod ex similibus nummorum inscriptioni- « bus cuiusvis licet colligere. Quidam etiam indictionem præfe- « runt, ut ille æreus Mauricii, in quo sub I litera, vel columna « crucigera, exaratum, IND. II. Cum autem imperaverit Mauri- « cius a decimo tertio augusti, indictione 15, anno Chr. 582, « interfectusque fuerit a Phoca, 27 novemb. anno 602, indict. « 6, cusam hanc monetam sequitur anno 583 vel 599, quibus « inceptækal. septembribus indictiones secundæ, eo regnante. « Alius habetur perinde æreus Heraclii et Constantini, cui « adscriptum, INDICT. XIII, quæ quidem indictio cadit in annum « Chr. 625 et 640. Imperavit enim Heraclius ab anno 610 usque « ad annum 641. (Nec desunt qui literas nummis cum urbis in « qua cusi sunt nomine inscriptas annos imperii designare, ut « alii monctariorum notas esse, putant, atque in iis supra « laudatus Norisius, in Dissertatione de duobus nummis Dio- « cletiani et Licinii, cap. 6, ubi longe etiam ante instauratam « Constantinopolim annos imperii numismatibus adscriptos « probat. — Cang. in Add.)

## LIII (XLV).

## INSCRIPTIONES GRÆCÆ, ET IN MEDIO NUMMO.

Enimvero vel inde colligitur Latinas literas diu Constanti- « nopolim cultas, quod imperatorum qui in media vivebant « Græcia, et inter Græce loquentes conversabantur, Latinas « inscriptiones præferant, usque ad Basilii Macedonis tempora, « quibus tum primum Græcæ conspiciuntur, characteribus « Latinis interdum etiam pro Græcis adhibitis. Sed et animad- « versionem aliquam exigit, quod in solis fere Basilii Macedo-

nis et ex ejus familia augustorum numismatibus, pars aversa, « imperatorum quorum perinde sunt nomina et titulos, nulla « adjuncta figura, in medio nummo contineat, quod in aliis « factitatum nondum advertimus; quorum quidem titulorum « vice, Joannes Zimisces hosce describi voluit, IESVS KRISTVS « BASILEVS BASILEON, ut alibi observamus.

## LIV (XLVI).

## NOMINA URBIUM IN QUIBUS CUSI SUNT, NUMMIS « ADSCRIPTA.

Jam vero, ut quod ad ejusmodi sequioris ævi numismatum « inscriptiones spectat, absolvamus, adscriptos inferiori eorum « posticæ parti characteres, urbium in quibus cusa fuere « signantes nomina, tum primum in iis advertere licet: cum « ante Maximianum et Diocletianum, vel Probum, vix id usur- « patum observetur. Quos quidem characteres videtur intellexisse « Auctor Queroli, ubi de solido: « Etiam hic distantia « quæritur in auro, vultus, ætas, et color, nobilitas, litera- « tura, PATRIA, gravitas, etc. » Erat autem in universo « imperio officinarum monetariorum definitus numerus<sup>1</sup>, cum « alibi excudi monetæ vetarentur: quod a Constantino M. « exerte statuitur<sup>2</sup>: « ut in monetis tantum nostris cudendæ « pecuniæ studium frequentetur. » Officinæ istæ monetæ « publicæ et fiscales appellantur<sup>3</sup>, habebantque suos officiales, « de quibus attigimus quædam ad Joinvillam. Cum autem sub « Constantino et successoribus bipertitum esset imperium, « Orientemque et Occidentem contineret, statæ erant et defi- « nitæ in Oriente monetariæ officinæ in quibusdam civitatibus: « quarum præcipua fuit Constantinopolitana, ex quo scilicet a « Constantino Byzantium instauratum fuit. Monetam in « duodecima regione statuit vetus ejusdem Urbis Descriptio; « sed in dubium vocat Gyllius, officinane fuerit monetaria, an « vero templum Junoni Monetæ sacrum. Sane vix est probabile « sub Theodosio Junio, seu, ut alii volunt, Honorio, sub quo « exarata dicitur, stetisse in urbe christiana fana decorum « gentilium, quæ tanto studio evertenda in aliis curarat Cons- « tantinus.

## LV (XLVII).

## DE LITERIS CONOB.

Varie autem monetam Constantinopolitanam designant « nummi: interdum enim per nudum c., interdum per tres hos « characteres. CON., interdum per hos quatuor, CONS. interdum « denique, et ut plurimum, per hosce CONOB. et KONOB., quæ « quidem notæ in nummis ipsius Constantini Magni, a quo « urbs ipsa Constantinopolis condita est, et statuta in ea « publica moneta, conspici incipiunt. Licet porro in eo ferme « consentiant eruditi omnes per istud CONOB Constantinopoli- « tanam monetam designari, de characterum tamen vi ac « significato haud omnino ii conveniunt. Ac primum, jure « Cedreni<sup>4</sup> explodunt sententiam, scribentis in Theodosio has « literas quinque descriptas ἐν τοῖς Νικαρίοις, id est, in nummo- « rum parte postica, in qua effingi solent Victoriarum « imagines aut vox VICTORIA exarari, hæcce verba significare<sup>5</sup>: « Civitates omnes nostræ obediant venerationi; quasi vero, « ut cætera absurda omittantur, vox venerationi per B scriberetur « apud Latinos, quia apud Græcos recentiores Βῆτα et V « Latinum idem sonant. Legerat etiam forsitan apud auctores « qui de Notis scripserunt, O B, obediens denotare. Etsi autem « in confesso sit apud omnes tribus prioribus literis urbis « nomen efferri, de duabus aliis haud similiter constat. Primus « autem Antonius Augustinus<sup>6</sup> dixit auri qualitatem hisce « designari quod istius ævi scriptores obryzum appellant, id est « coctum, examinatissimum ac purissimum, ita ut CONOB. « Constantinopoli obryzum, vel obryzatum, vel denique Constan- « tinopolitanum obryzum denotet: quæ quidem sententia « utcunque potest firmari ex iis qui de Notis scripserunt. Quippe « apud Magnonem et Paulum Diaconum, O B. obriziacum « sonat; ut COMOB., comitia obryziaca, seu, ut habet Papias, « obrydiaca, quod idem est: nam et obrydium, pro obryzo, « legitur in Glossario Arabico-Latino. At cum ipsis Constantini « M. nummis duntaxat argenteis ac æreis hæc literæ inscriptæ « conspiciantur, omnino conficitur in iis obryzum, haud posse « intelligi, cum de auro tantum usurpetur, de cujus vocis etymo

1. Hieron. Rubeus, lib. 5, initio, et in Concil. — 2. De Verb. Dom. serm. 39, c. 3. — 3. Ep. 4. — 4. Act. 1. — 5. Instit. Reg. p. 2, c. 14. — 6. 2023. — 7. Spanheim. p. 861. — 8. In Not. ad Procop. p. 42, 4 edit.

1. Cedr. in Theod. — 2. L. 3, Cod. Th. de Falsa Monet. — 3. L. 1, Cod. tit. — 4. P. 322. — 5. Notæ Juris editæ cum velt. Gram. p. 1679. — 6. Ant. Aug. Dial. 7, p. 223.



ac notione multa commentatus est Salmasius<sup>1</sup>. Plerique igitur, fermeque omnes scriptores eo concessere, Ortelius scilicet, Occo<sup>2</sup>, Gretzerus<sup>3</sup>, Tristanus<sup>4</sup>, Chiffletius<sup>5</sup>, et alii, ut hisce characteribus CONOB. *Constantinopoli obsignatum*, ut COMOB. *Constantinopoli moneta obsignata*, designari existimarent; quo modo etiam in Trevirensibus monetis vox *obsignata* scripta reperitur, TROB., TROBC., TROBS., TROBT., TROS.; et in Aquiliensi Theodosii, M. AQOB.: in Leonis M. Thessalonicensi, THCOB., quæ in aliis nusquam occurrit. Vix tamen, ut dicatur quod res est, vocem *obsignare* alia notione usurpatam reperire est, quam pro *σφραγίζειν*, vel *ἐπισφραγίζειν*, et *κατασφραγίζειν*, ut est in glossis Græco-Latinis. Nam etsi *pecuniam obsignatam* dixerit Cicero<sup>6</sup>, pecuniam sigillo obsignatam intellexit.

## LVI (XLVIII).

## EÆDEM LITERÆ IN ALIIS NUMMIS QUAM CONSTANTINOPOLI CUSIS.

At scrupulum inicit viro in re nummaria sat perito, apud Rudolphum Capellum, quod in nummis aliquot imperatorum vel tyrannorum Occidentis eadem literæ CON., aut CONOB., exarentur: verbi gratia in nummis Honorii, Attali, Joannis, Aviti, Jovini, Petronii Maximi, Eugenii, Majoriani, Romuli, Nepotis, Anthemii, Severi, et aliorum, quos nemo sanus Constantinopoli cusos dixerit: siquidem, aut qui partito ac diviso ultro imperio Romæ potestatis suæ et Occidentalis imperii sedem statuerant: aut qui in Galliis vel in Italia, alibive tyrannidem invaserant, proindeque nummos suos in civitate, cui non modo imperabant, sed quæ etiam adversas interdum partes tueretur, suo nomine excudisse dici non possunt. Id etsi in confesso sit, sententiam tamen supra allatam. quæ pro indubitata haberi debet, nullo modo labefactat. De augustis quippe Romanis, qui cum Constantinopolitanis, partitis ultro imperii provinciis, Romæ sedem fixerant, illud licet augurari, amborum in utraque urbe cusa promiscue numismata, ad mutuæ consensionis, concordiæ, ac etiam benevolentiae argumentum. De tyrannis vero ita existimari potest, quod cum totius imperii provinciarum, atque adeo urbis metropoleos se esse compotes populis vellent persuadere; vel quod is tum invaluisse usus, ut characteres isti pro imperatoriarum monetarum præcipua nota haberentur, ne quid sibi videretur ad supremæ dignitatis symbola defuisse, his etiam insigniisse suas monetas.

## LVII (XLIX).

## EÆDEM LITERÆ IN NUMMIS FRANCICIS.

Neque enim imperatores Romani duntaxat, et augustæ dignitatis invasores, sed et quidam e Francicis primæ stirpis regibus idem CONOB. suis perinde nummis aureis adscripsere, quo, ut olim censuimus, venerationem quandam *Mundi Domini*, impertirent. eoque facto dignitate longe se iis inferiores ultro agnoscerent. quæ etiam fuit Petri Seguini, viri hac in rei litterariæ parte scientissimi, sententia. Is enim, dum de commentationibus quas super Francicis nostris nummis qui hosce characteres præferunt a nobis prolatae sunt in XXIII. Dissertatione ad Joinvillam, invicem verba faceremus, conjecturam de iis allatam probare se omnino affirmabat. Primas autem in iis tenet præclarus ille aureus Theodeberti Austrasiæ, seu Francorum regis, Justiniano M. imperante cusus, quem in ea dissertatione quam multis pro virili explicare conati sumus. Eiusmodi etiam est aureus alter quem, nescio quo fundamento, Childeberto I regi adscribit Buteroüs, nisi quod Lugduni cusum arguat Doccionis Monetarii nomen, quod in altero, quem profert, rursus reperitur. cum hisce characteribus, LVGDVNO FIT, eique civitati tum imperarit Childebertus. Habet autem nummus iste regis Francici pessime effigiatam imaginem, cum monetarii Doccionis nomine: in altera vero parte crucem, cum hisce characteribus, VICTORIA AVGVSTOR., et sub cruce, CONOB. Eiusdem, id est Francicæ ac pessimæ, fabricæ, est nummus alius perinde aureus a Paulo Petavio<sup>7</sup> senatore Parisiensis descriptus in veterum numismatum Gnorismate, in cujus utraque facie VICTVRIA AVG. exaratur, nullo certo indicio cui debeat adscribi principi. Verum quod allatam supra sententiam videtur aliquantum labefactare, est num-

1. In l. de Usur. et alibi. De modo usur. cap. 44. — 2. P. 566. — 3. Tom. 4, de Cruce, l. 2, c. 56. — 4. Tom. 3, p. 503. — 5. In Anast. — 6. Orat. pro Cluentio. — 7. In Gnorism p. 43.

mus aureus qui Childerici II et Chlotarii III. fratrum nomina præfert, cum characteribus CONOB. cruce subjectis. Cum enim sub annum 670 uterque vixerit, hac sane tempestate reges nostros cum imperatoribus Constantinopolitanis strictis adeo foederibus devinctos, ut in eorum honorem nummos suos formarint, vix probari posse haud ægre concedi debet: præsertim cum jam dilabi inciperet augustorum potestas, Saracenis imperii provincias invadentibus ac usurpantibus. Unde quod supra de Romani vel Constantinopolitani imperii tyrannis observatum, dici etiam potest de Francicis nostris regibus, monetas suas, ut majorem iis conciliarent auctoritatem et usum, præcipuis imperatorum Constantinopolitanorum symbolis ac characteribus insigniisse: cum alias *aurum gallicum minore æstimatione taxaretur*, ut est in Majoriani Novella. Quomodo vero ea ætate principes nostri erga Byzantinos augustos, ita proceres Francici, quibus cudendæ monetæ jus fuit, sese gessere erga reges ipsos, monetis suis cum regiæ monetæ symbolis, pondere ac forma, sed deteriori materia cusis, quo qui intra dominationis limites earum usus coerceretur, in totius regni partes diffunderet, quæ regiæ monetæ erat prerogativa. Hinc crebræ super procerum usurpatione regum nostrorum querelæ, ad ipsos etiam summos pontifices delatæ, quo arathemate ipso inhiberetur: cum *ex similitudinibus imaginum destruerentur, turbarentur ac vilificarentur* monetæ, ut habet Fridericus II imperator in Diplomate anni 1220, apud Willelmum Hedam<sup>1</sup>. (Hisce porro Francicis nummis adjungi potest alter aureus Recaredi, Wisigothorum in Hispania regis, in cujus antica effingitur protome regis ejusdem imberbis, cum diademate ex unionibus, et hac inscriptione: RECCAREDUS REX. In postica, globus cui crux pedata insistit, et ad ejus latera M et V cum hac inscriptione, VICTORIA AVIOUV.; sub globo, CONOB.)

## LVIII (L).

## ALLÆ OFFICINÆ MONETARÆ ORIENTIS.

Quod vero ad cæteras Orientis urbes pertinet in quibus erant officinæ monetariæ, has inter *Alexandriam* recenset Ammianus<sup>2</sup>: *Antiochiam* Lampridius<sup>3</sup>; *Cyzicum* Sozomenus<sup>4</sup>, et ex eo Nicephorus<sup>5</sup>, qui complures in hac urbe tradunt exstitisse monetarios, qui *περὶ τὴν τέχνην ἰσχυρόληντο τοῦ νομίσματος*. Alexandriam monetam præ cæteris spectat nummus ille æreus Justiniani in cujus aversa facie I. et B. inter Christi monogramma describuntur, cum subjectis hisce characteribus, AAEE., qui Alexandriæ cusum denotant, ubi major ecclesia dicata est Joanni Baptistæ, qui per I. et B. indicatur. Ex quo enim Serapidis fanum a christianis eversum est, Theodosio imperante, in ecclesiam Arcadio cognominem reformatum fuit, ut ait Sozomenus<sup>6</sup> (id est, *Arcadiana* dicta est), Sancto Præcursori sacram, cujus reliquiæ in hanc ædem, vel certe Alexandriam, illatæ postea anno quarto ejusdem Arcadii. Sed incertum an diversa fuerit ab *τετραγώνω τοῦ ἀγίου Ἰωάννου ἐν Ἀλεξανδρείᾳ*, quod anno Leonis M. octavo exstructum narrat Theophanes. Hujus porro Alexandriæ ædis S. Præcursori dicatæ mentio est apud alios scriptores<sup>7</sup> laudatos in Dissertatione nostra de capite ejusdem sancti Joannis Baptistæ.

## LIX (LI).

## OFFICINÆ MONETARÆ OCCIDENTIS.

At in ea imperii parte quæ Occidentis appellatione innotuit sex exstiterè potissimum fabricæ monetariæ, ut docet Notitia Imperii. *Sciscia* scilicet in Pannonia, de qua urbe copiose egit Tristanus: *Aquileiæ*, et *Romæ* in Italia; *Lugduni*, *Arelate*, et *Treveris* in Galliis<sup>8</sup>: quæ quidem ita distributæ erant, ut tres intra præfecti prætorio Italiæ, et totidem intra præfecti prætorio Galliarum jurisdictionis limites essent. Romæ monetam semper exstitisse notius est quam ut firmari debeat. Ad Aquileiensem referendam quidam putant Gratiani, Valentiniani, et Theodosii Constitutionem, qua poena statuitur in monetarum opifices qui se extraneis matrimonio jungebant<sup>9</sup>. Occurrunt plures nummi in quibus SIS. et SISC. describitur, quod ad Sisciam referri debere omnes putant. In

1. P. 333, edit. 4; Spicil. Acher. t. 44, p. 392. — 2. L. 22. — 3. In Sever. — 4. L. 5, c. 44. — 5. L. 10, c. 20. — 6. Sozom. l. 7, c. 15; Evagr. l. 3, c. 12; Rufin. l. 2, Hist. Eccl. c. 27. — 7. Theoph. V. Valesium ad Evagrium, lib. 3, c. 12. — 8. Tristan. tom. 3, p. 284. — 9. L. 10, C. Th. de Murileg.

Gallicis monetis prima recensetur Lugdunensis in Notitia Imperii. Hujus mentio est in nummo æreo Juliani imperatoris a nobis descripto, in quo exaratum sub bove in eo efficto, LUGD. OFF S. Id est, in *Lugdunensi officina signata*, vel *Lugdunensis officina signavit*. Complures habentur in quibus Arelatensis moneta variis characteribus denotatur, Treverensem vero memorat Trebellius Pollio<sup>1</sup>: « Cusi sunt, inquit, « ejus (Victoriæ) nummi ærei, aurei, et argentei, quorum « hodieque forma exstat apud Treveres. » Ejusdem etiam mentio habetur in veteri inscriptione, ubi *Moneta Treverica* nuncupatur<sup>2</sup>. Infiniti propmodum prostant nummi qui hujusce fabricæ characteres exhibent, quod pridem observatum ab Ortelio<sup>3</sup>.

## LX (LII).

## ALLÆ OFFICINÆ MONETARLÆ.

Verum præter recensitas monetas publicas, seu monetarias officinas, alias exstitisse non minus celebres, stante etiam ac imperante Constantiniana familia, ex nummis colligitur: quas inter exstiterit Thessalonicensis, Carthaginiensis, Sirmiensis et Cvzicena. Ad Carthaginensem pertinere, vel certe ad monetas Africæ referri potest lex 3, Cod. Th., *de Falsa moneta*, quæ ad Tertullum PC. Africæ scribitur. Labente deinceps imperio, Nicææ et Nicomediæ in Bithynia moneta publicæ exstiterit, de quibus intelligenda perinde Constantini Constitutio ad Bithynos, l. I, eod. Cod., *de Murilegulis*. Conjicit denique Velsus fabricam monetariam exstitisse Augustæ Vindelicorum, ex hisce characteribus, qui Victoris imperatoris nummo inscribuntur, AVPS., quos quidem ita interpretatur: *Augustæ Vindelicorum pecunia signata*<sup>4</sup>. Pari etiam argumento *Ambiani* cusum præclarum illum Magnentii nummum æreum dicere licet qui in aversa facie Christi monogramma præfert, cum hac inscriptione, SALVS DD NN AVG ET CÆS. et infra, AMB.; nam et in Galliis regnasse in confesso est ex scriptoribus omnibus. Ita in nummis Magni Maximi Tyranni, et filii Victoris, MDPS., *Mediolani pecuniam signatam*, interpretari haud absonum a vero fuerit; nam Maximus Italianam obtinebat cum a Theodosio fusus est, ac proinde Mediolanum<sup>5</sup>. Eadem etiam literæ occurrunt in nummis Arcadii et Honorii. Desiere porro ejusmodi officinarum monetarum nomina monetis imperatoris adscribi post Michaellem, Theophili filium. Atque ut adscriptæ singulis numismatibus earundem officinarum notæ facilius a quibusvis percipiuntur, visum est characteres ipsos cum eorum vi ac notione, quantum conjicere licuit, hocce loco subjicere secundum ordinem literarum:

AAEE. *Alexandriæ*. in nummo Justiniani.  
AMB. forte *Ambiani*. Magnentii.  
AMID. Constantini M.  
ANT. *Antiochiæ*. Constantini M. Juliani.  
ANTA. *Antiochiæ*. A. annus I imp. vel nota monetarii. Juliani, Eudoxiæ.  
ANTB. *Antiochiæ*. ubi B. annus est imperii secundus, vel potius nota monetarii. Honorii, Heraclii.  
ANTI. *Antiochiæ*. F. annus 3 imperii, vel nota monetarii. Valentiniani, Theodosii, Arcadii.  
ANTE. *Antiochiæ*. E. annus 5 imperii, vel nota monetarii. Valentiniani.  
ANTH. *Antiochiæ*. Valentiniani. H. nota monetarii, vel annus 8 imp.  
ANTP. *Antiochiæ*. P. nota monetarii, vel *Antiochiæ percussa*. Valentiniani, Valentis, Honorii.  
ANTS. *Antiochiæ signata*. Arcadii.  
APLC. *Percussa Lugduni*. Magnentii. A nota monetarii<sup>6</sup>.  
AQ. *Aquileiæ*. Constantini M. Constantii, etc.  
AQOB. *Aquileiæ obsignata*. Theodosii M.  
AQPS. *Aquileiæ pecunia signata*, vel *percussa, signata*. Gratiani et Valentiniani junioris.  
AQS. *Aquileiæ signata*. Constantini jun. et Constantis.  
AQT. *Aquileiæ percussa*, ubi T. pro P. perperam sæpe scribitur. Constantini M. Constantini jun.  
ASIS. *Siscia*. Constantini M. Licinii, Crispi, etc.  
ATR. *Treveris*. Crispi. ubi A. ut et in præcedenti videtur esse nota monetarii.  
BI. Constantii Chlorig.  
BTR. *Treveris*. Crispi. B. nota monetarii.

1. In Victoria. — 2. Grut. 493, 3. — 3. Itiner. p. 64. — 4. Velsus. l. 7, Rer. Vindel. p. 159. — 5. Eutrop. Oros. etc. — 6. Ubi forsitan leg. ARLC. id est, *Arelate cusa*. Magnentius enim, ut dictum est supra, regnavit in Galliis. Vide mox Sar.)

BSIS. *Siscia*. Vetranionis. In aliis psis., id est, *percussa Siscia*, habetur. B. nota est monet.  
C. Constantii Chlorig.  
CAR. *Carthagine*. Justiniani.  
CF. Procopii.  
CLC. *Cusa Lugduni*. Constantii.  
COM. *Constantinopolitana moneta*. Theodosii.  
COMOB. *Constantinopoli moneta obsignata*. Arcadii, Jovini, Placidia, Valentiniani, Majoriani, Severi.  
CON. *Constantinopoli*. Constantini M., Joviani, Valentis, Theodosii, Anastasii.  
CONA. *Constantinopoli*. Mauricii. } ubi A. F. et E. notæ sunt  
CONF. *Constantinopoli*. Phocæ. } monetariorum.  
CONE. *Constantinopoli*. Phocæ. }  
CONOB. *Constantinopoli obsignata*. Hannibaliani, Valentiniani, Theodosii, etc.  
CONS. *Constantinopoli*. Constantini M., Constantii.  
CONSA. *Constantinopoli*, vel *Constantinopoli signata*. A nota monetarii. Juliani.  
CONST. *Constantinopoli*. F. nota monetarii. Arcadii.  
CONSH. *Constantinopoli*. H. nota monet. Honorii.  
CONSP. *Constantinopoli*. Valentiniani.  
CONSPF. *Constantinopoli*. F. nota monet. Juliani. Vide Novellas Justiniani apud Pithœum, p. 241.  
CONST. *Constantinopoli*. Constantii, Constantis, Valentis. Vide Novellas Scrimgeri, p. 427. 428.  
D. Constantii Chlorig.  
EI. Constantii Chlorig.  
HERACL. *Heraclæ*. Juliani.  
KAR. *Karthagine*. Justiniani.  
KART. *Karthagine*. Justiniani.  
KA. *Karthagine*. Constantini junioris.  
KE. *Karthagine*. Constantii.  
KONOB. *Constantinopoli obsignata*. Constantini M.  
KONSA. *Constantinopoli*. A. nota monet. Constantii.  
KONSAV. *Constantinopoli*. Constantii, Juliani.  
KRTC. *Karthagine*. ubi C. pro S. Mauricii.  
KRTS. *Karthagine signata*. Constantini Pogonati.  
KYZ. *Cyzici*. Constantii Chlorig. Justiniani, Mauricii, Phocæ.  
KYZB. *Cyzici*. B. nota monet. Phocæ.  
LUG. *Lugduni*. Gratiani, Valentiniani jun.  
LUGPS. *Lugduni pecunia signata*, vel *percussa, signata*. Valentiniani, Eugeni.  
MDPS. *Mediolani pecunia signata*. Maximi. Victoris, Arcadii, Honorii.  
MHR. Constantis.  
MKV. *Moneta Carthaginensis*. V. nota monet. Constantini M. Licinii.  
MNLB. *Moneta nova Lugduni cusa*. B. nota monetarii. Constantini M.  
MOSTQ. *Moneta signata Treveris*. Q. nota monet. Nisi T. pro A. exaratum sit, ita ut *Aquileiæ signata* intelligatur. Constantini M. Licinii.  
MOSTR. *Moneta signata Treveris*. Constantii Chlorig.  
N. Constantini M.  
NHTA. Licinii.  
NIC. *Nicomediæ*. Anastasii.  
NIKO. *Nicomediæ*. Non Nicopoli, ut vult Alemannus. Justiniani, Mauricii.  
NOS. Constantii Chlorig.  
PAQ. *Percussa Aquileiæ*. Constantini M.  
PAR. *Percussa Arelate*. Constantii.  
PARL. *Percussa Arelate*. Constantini M., Licinii, Constantii.  
PCON. *Percussa Constantinopoli*. Constantii.  
PCONST. *Percussa Constantinopoli*. Juliani.  
PERP. *Pecunia Romæ percussa*. Constantini M.  
PK. *Percussa Karthagine*. Justiniani.  
PL. *Percussa Lugduni*. Crispi.  
PLG. et PLC. *Percussa Lugduni*. Constantii Chlorig.  
PLM. *Percussa Lugduni*. M. nota monet. Constantini M.  
PLN. *Percussa Lugduni*. N. nota monetarii. Constantii Chlorig.  
PR. *Percussa Romæ*. Constantii Chlorig, Constantini M., Licinii, Constantii.  
PROM. *Percussa Romæ*. Constantii.  
PS. *Percussa Siscia*. Licinii.  
PSIS. *Percussa Siscia*. Crispi, Vetranionis.  
PTR. *Percussa Treveris*. Constantii Chlorig, etc.  
QA. pro AQ. *Aquileiæ*. Constantini jun.  
R. *Romæ*. Constantini M., Constantii, Juliani.  
RA. *Ravennæ*. Heraclii.  
RAV. *Ravennæ*. Heraclii, Constantini.  
RB. *Romæ*. Constantii. Nisi B. pro P. *percussa*.  
RE. Theodosii.

RM. Romæ. Honorii, Severi.  
 RO. Romæ. Gratiani.  
 ROM. Romæ. Justini, Mauricii, Heraclii.  
 ROMB. Romæ percussa. B. pro P. Aviti.  
 ROMA. Joviani, Justiniani.  
 ROPS. Romæ pecunia signata. Honorii.  
 RP. Romæ percussa. Constantii Chlorig, Constantini M.  
 RPS. Romæ pecunia signata. Magnentii.  
 RS. Romæ signata. Licinii, Nepotiani.  
 RSLC. Pecunia signata Lugduni. Ubi R. pro P. Juliano.  
 RT. Romæ percussa. Ubi T. pro P. Constantii.  
 RVPS. Ravennæ pecunia signata. Honorii, Joannis.  
 S. Siscia. Constantini M.  
 SA. Signata Antiochiæ. Licinii.  
 SANB. Signata Antiochiæ. B. nota monet, vel annus 2 imperii Martiniani.  
 S. ARL. Signata Arelate. Constantini M.  
 SAR. Signata Arelate. Magnentii, Helenæ.  
 SC. Signata Constantinopoli. Arcadii.  
 SCON. Signata Constantinopoli. Constantii.  
 SCONS. Signata Constantinopoli. Juliano.  
 SE. Siscia. Constantii.  
 SIR. Sirmii. Constantini M., Licinii.  
 SIRM. Sirmii. Constantini jun., Joviani.  
 SIS. Siscia. Constantini M., Licinii, Constantii, Constantis.  
 SISCP. Siscia percussa. Gratiani.  
 SISPPZ. Siscia percussa. Z. nota monet.  
 SMA. Signata moneta Antiochiæ. Juliano.  
 SMAB. Signata moneta Antiochiæ. B. nota monetarii. Constantini M.  
 SMAN. Signata moneta Antiochiæ, vel sacra moneta Antiochena. Constantini M., Constantii.  
 SMANT. Signata moneta Antiochiæ. F. nota monet., vel an. 3 imperii Theodosii.  
 SMANR. Signata moneta Antiochiæ. R. nota monetarii. Constantini M.  
 SMANS. Sacra moneta Antiochiæ signata, vel signata moneta Antiochiæ. S. nota Monetarii.  
 SMANT. Signata moneta Antiochiæ. Constantii.  
 SMANTE. Signata moneta Antiochiæ. E. nota monetarii. Constantii.  
 SMANTS. Signata moneta Antiochiæ, vel sacra moneta Antiochiæ signata. Constantini M.  
 SMAQ. Signata moneta Aquileiæ. Constantii, Gratiani, Arcadii.  
 SMAT. Signata moneta Antiochiæ. T. nota monet. Constantini M.  
 SMK. Signata moneta Karthagine. Licinii jun., Helenæ.  
 SMKA. Signata moneta Karthagine. Licinii jun.  
 SMKE. Signata moneta Karthagine. Constantini junioris, E. nota monet. Licinii.  
 SMKE. Signata moneta Karthagine. E. nota monet. Arcadii.  
 SMN. Sacra moneta nova. Licinii, Constantii.  
 SMNA. Signata moneta nova Antiochiæ. Martiani, Theodosii.  
 SMNC. Signata moneta nova Constantinopoli. Constantini M.  
 SMNT. Sacra moneta nova. F. nota monet. Licinii jun.  
 SMNKAB. Signata moneta nova Karthagine. B. nota monet. Theodosii.  
 SMNM. Sacra, vel signata moneta nova. M. nota forte monetarii. Crispi.  
 SMNS. Sacra moneta nova signata. Constantii.  
 SMRB. Signata moneta Romæ. B. nota monetarii. Gratiani.  
 SMRP. Sacra moneta Romæ percussa. Valentis.  
 SMRQ. Ubi R. pro A. Signata moneta Aquileiæ. Constantii, Valentiniani.  
 SMSISC. Signata moneta Siscia. Valentis.  
 SMTA. Signata moneta. Theodosii.  
 SMTES. Signata moneta Thessalonice. Valentiniani.  
 SMTR. Signata moneta Treveris. Maximi.  
 SMTRS. Sacra moneta Treveris signata, vel signata moneta Treveris. Constantii.  
 SMTS. Signata moneta Treveris. Constantini M., Valentiniani.  
 SMTSE. Sacra moneta Treveris signata, vel signata moneta Thessalonice. Delmatii.  
 ST. Signata Treveris. Constantini Chlorig, Constantini M., etc.  
 STR. Signata Treveris. Constantini M., etc.  
 TAR. pro PAR. Percussa Arelate. Crispi.  
 TCON, pro PCON. Percussa Constantinopoli. Juliano, Gratiano, Valentiniani junioris.  
 TEC. Thessalonice. Justiniani.  
 TES. Thessalonice. Constantii, Constantis, Helenæ, Phocæ.  
 TESA. Thessalonice. Arcadii.  
 TH. Thessalonice. Constantii.

THEU. Thessalonice urbe. Justiniani, Tiberii, Mauricii.  
 THEUP. Thessalonice urbe percussa. Justiniani, Justiniani, Tiberii, Mauricii.  
 TI. forte Treveris. Constantini M.  
 TR. Treveris. Constantii.  
 TRMS. Treveris moneta signata. Jovini.  
 TRO. Treveris obsignata. Theodoræ, Constantini M., Constantii. (\* Vide Patinum, p. 397.)  
 TROB. Treveris obsignata. Valentiniani junioris.  
 TROBC. Treveris obsignata. Valentiniani junioris.  
 TROBS. Treveris obsignata. Constantini M., Constantini junioris.  
 TROBT. Treveris obsignata. T. nota monetarii. Valentiniani, Gratiani.  
 TROS. Treveris obsignata. Constantini M.  
 TRP. Treveris percussa. Helenæ.  
 TRPS. Treveris pecunia signata. Valentiniani, Gratiani, Valentiniani jun.  
 TRS. Treveris signata. Constantini M., Constantini jun.  
 TS. Treveris signata. Licinii.  
 TSE. Treveris signata. E. nota monet. Constantis.  
 TSR. Treveris signata. R. nota monetarii. Constantini jun.  
 TT. pro PT. percussa Treveris. Constantini M.  
 XMTA. Theodosii.

## LXI (LIII).

## NUMMUS CONSTANTINI M. EXPLICATUS.

Diximus hujusce dissertationis initio in nummis quos delineamus, familiæ præsertim Constantinianæ, præclara haberi interdum ænigmata, quæ ad horum temporum historiam illustrandam non minime conducant, nosque ex iis aliqua quæ paulo fusioris sunt commentarii, in specimen delibatos, reliquis, si quas exposcent, brevibus notulis alio loco explicandis; deinde acturos de adulterinis, vel etiam incertis inferioris ævi numismatibus, ut nihil relinquatur intactum, quod ad hujusce rei nummarie partis notitiam videatur pertinere. Ac primus quidem occurrit Constantini M. augusti nummus, qui in aversa parte Constantinum equestrem exhibet, cum hoc lemmate. GLORIA EXERCITUS GALLICANI. Cusus autem Treveris videtur, cum Constantinus, post Maxentium devictum, in Galliam reversus, in ea urbe aliquandiu constitit anno 313, ut ex aliquot Codicis Theodosiani Constitutionibus colligitur<sup>1</sup>, et inde in inferiorem Germaniam transiit ob repentinos Francorum in Gallia motus, quos exercitus Gallicani, cujus gloria ibi prædicatur, ope compepsit<sup>2</sup>.

## LXII (LIV).

## VETUS INSCRIPTIO NUPEL DETECTA.

Atque hujus quidem nummi Constantiniani lemmatis occasione veterem inscriptionem hic lubet proponere, quæ nuper detecta in ecclesia monasterii Sanctorum Achii et Acheoli, ordinis canonicorum regularium sancti Augustini, ad Ambianum, exercitus Gallicani, ni fallor, meminit, novumque et hactenus inauditum nomen a Gallis, seu potius Belgis nostris, ex iis quæ πατρώιο θεοῖ (Græcis scriptoribus, *municipes dñi* Minucio Felici, *speciales*, Sidonio dicuntur, de quibus præ cæteris sanctus Athanasius in Orat. contra Gentes) *localiter*, ut verbo utar Ammiani<sup>3</sup>, cultum indicat, quo locupletari potest viri docti Jacobi Sponii libellus de Ignotis atque obscuris quibusdam Diis. Sic autem illa concipitur:

PRO SALVTE ET  
 VICTORIA EXX G  
 APOLLINI ET VER  
 IVGODVMNO  
 TRIBVNALIA DVA  
 SETVBOGIVS ESUGGI  
 F. D. S. D.

Crebra est in nummis inscriptio<sup>4</sup>: VIRTVS EXERCITVS, GLORIA EXERCITVS: at SALVS EXERCITVS rarius habetur, tametsi in nummo Posthumi occurrat. Sic porro hoc loco legendum arbitror: « Pro salute et victoria exercitus Gallicani, vel exercituum Gallie »: siquidem geminata litera XX pluralem

1. L. 2, C. Th. de Annon. l. 1, de Exact. — 2. Zozim. l. 2, p. 677. Incert. Paneg. c. 21. — 3. Lib. 19, p. 150. — 4. Occo, p. 482.



arguat, ut in nummis in quibus exaratum : DEBELLATORI GENTT BARBARR. *Verjugodumni* numinis a Gallis culti, quod hic Apollini adjungitur, nulla, quod sciam, apud veteres memoria. Utrique autem *tribunalia dua* (sic pro *duo* usurpatum ab antiquis, ex Quintiliano et aliis docuimus <sup>1</sup>). *Setubogius Esuggi filius de suo dedit*. Ubi *tribunalia* videntur esse stylobatae, in quibus Apollinis et Verjugodumni statuæ consistebant. Ita vetus inscriptio tribunalia diis erecta declarat : NVMINI. AVGVSTOR. DEO. VOLIANO. M. GEMEL. SECYNDVS. ET. C. SEDATVS. FLORVS. ACTOR. VICANOR. PORTENS. TRIBUNAL. CVM. LOCIS. EX. STIPE. CONLATA. POSVERVNT. Huc etiam forte spectat alia : P. AELIUS. VALERIANVS. HOC. VAS. DISO. NVM. SIBI. ET. FELICITATI. POSVIT. ET. TRIBVNAL. EX. PERMISSV. PONTIF. PERFECIT. In qua quidem postrema inscriptione, *tribunal perfectum ex permissu pontificis*, vel *pontificum*, dicitur, quod e re sacra esset diis *tribunalia* erigere, quæ in hac quam edimus bina videntur, suo proinde unicuique numini adscripto, ita ut non dii *σύνθετοι*, seu *σύνθετοι*, ut est in veteri inscriptione, apud Boissardum <sup>2</sup>, dici potuerint, licet *σύνθετοι*, utpote erectis in uno eodemque templo binis tribunalibus : tametsi aliquando *σύνθετοι* καὶ *σύνθετοι* una simulque erant, ut dii illi quorum mentio est in veteri inscriptione in insula Delo nuper reperta.

## LXIII (LV).

## NUMMI ALII CONSTANTINI, IN QUIBUS EXARATUM, FRANCIA ET ALEMANNIA.

Binos exinde damus Alemanniæ et Franciæ debellatarum a Constantino indices nummos aureos. Superatos autem ac profligatos a Constantino Francos, passim personant historiæ ; sed vix antiquius ac illustrius monumentum reperire est in quo regionis ubi sedes fixere appellatio describatur : tum enim eam Germaniæ partem incolebant quæ est Rheno contermina, atque adeo Cattorum provinciam. Unde vetus Juvenalis interpres <sup>3</sup>, *Cattos gentem Germanorum, seu Francorum*, fuisse ait. Et Hieronymus <sup>4</sup>, quæ apud *Historicos Germania*, suo ævo *Franciam* vocatam auctor est, quam *Francorum regionem* alibi vocat : unde *Germanicum* et *Francum* gentem eandem esse volunt veteres glossæ ex bibliotheca regia <sup>5</sup>, *Γερμανικός, ὁ Φράγκος*. *Franciam* etiam dixit Julianus <sup>6</sup>, ut et Claudianus <sup>7</sup>. Sed et sæculis posterioribus id nominis mansit Franconia, quam tum incolebant, quam *Franciam* nude vocat monachus sangallensis <sup>8</sup>. Quæ quidem appellatio tum Galliæ nostræ indita, cum Franci transmissæ Rheno provincias gallicas insederunt. Tum enim Francia appellata est, quo quidem nomine primus usus videtur Gregorius Magnus <sup>9</sup>, vetere nihilominus primæ eorum sedi remanente nomenclatura, quæ ad Novæ Franciæ discrimen, *Antiqua, Magna, Uterior, et Orientalis* dicta : cum Gallia nostra, *Francia Occidentalis, Citerior, Gallicana, Latina* ac *Romana* vocaretur. Alter perinde aureus nummus ex gaza illustrissimi Colberti, eodem habitu, quo Franciam prior, devictam Alemanniam præfert : ex quo tandem conficit Cl. Spanheimius *Alemanos*, non *Alamannos*, appellatas eas gentes de quorum sedibus pluribus disseruit Philippus Cluverius <sup>10</sup>.

## LXIV (LVI).

## NUMMI IN QUIBUS VALLUM DESCRIBITUR.

Binis Constantinianis aureis tres alii ærei succedunt nummi, Licinii, Constantini, et Constantini junioris augustorum præferentes nomina, nova, et quæ in antiquioribus haud reperitur, figura conspicui habentur enim in iis quatuor cantherii, quatuor aliis oppositi, in quorum superiori divaricatione insitit imperator, cum hac inscriptione, VIRT. EXERC. Iis porro *vallum Romanorum* describi putant ex quarto Varronis de lingua latina : « Vallum, *inquit*, vel « quod ea varicare nemo possit, vel quod singula ibi extrema « bacilla furcillata habent figuram literæ V », quam sane quaquaversum in nummo expressam cernere est. *Vallos* autem Romani appellabant stipites ac cippos quibus castra muniabantur, non acutos modo, sed bifurcos. Nam, ut est apud Suidam, Græci vallo ac aggeri conficiendo eos vallos

seligere solebant in quibus circumeirca multi magnique rami enati essent, Romani autem qui *ἄλο κερκία; ἢ τρεῖς ἔχουσι*, qui *bicornes* essent aut *tricornes*, quomodo *bifurcos* aut *trium*, aut *cum plurimum quatuor ramorum vallos* fuisse, ait Livius <sup>1</sup>. Virgilius <sup>2</sup> :

Exacuunt alii vallos furcasque bicornes.

Et alibi :

Quadrifidasque sudas et acuto robore vallos.

Claudianus lib. 1, in Ruffinum :

Tum duplici fossa non exsuperabile vallum  
Asperat alternis sudibus.

« Vallum, ait Servius <sup>3</sup>, dicitur ipsa munitio : valli vero fustes « sunt quibus vallum munitur. » Willelmus Brito in Vocabul. manuscripto : « Vallus, li, est palus sic dictus, quod sit « validus. Unde vallum dicitur Concatenatio palorum circa « turrim. Unde scribitur in Conciso :

Est vallus palus circa turrim peracutus,  
Mutua vallorum connexio sit tibi vallum.

Rursum :

Vinetus, vallus, sed vallum convenit urbi.

Sanctus Hieronymus <sup>4</sup> : « Nonne melius est brevi tempore « dimicare, ferre vallum, arma sumere, lassescere sub lorica, « et postea gaudere victorem, quam impatientia unius horæ « servire perpetuo. » Ut vero ipsi disponerentur *valli* belle explicat Cæsar <sup>5</sup> : « Truncis arborum, aut admodum firmis « ramis abscissis, atque horum dolabratis atque præacutis « cacuminibus, perpetuæ fossæ quinos pedes altæ ducebantur « tur Huc illi stipites demissi, et ab infimo revincti, ne « revelli possent, ab ramis eminebant. Quini erant ordines « conjuncti inter se, atque implicati, quo qui intraverant se « ipsis acutissimis vallis induebant. Hos cippos appellabant. « Ante hos obliquis ordinibus in quincuncem dispositis, « scrobes in trium altitudinem pedum fodiebantur, paulatim « angustiore ad summum fastigio. Huc teretes stipites femi- « niscrassitudine ab summo præacuti præusti demittebantur, « ita ut non amplius quatuor digitis ex terra eminent. » Lubet etiam hoc loco valli descriptionem ex Ecclesiastica Bedæ Historia subnectere <sup>6</sup> : « Murus de lapidibus, vallum « vero, quo ad repellendam vim hostium castra muniuntur, « fit de cespitibus, quibus circumcisis e terra, velut murus « extruitur altus super terram, ita ut inante sit fossa, de qua « levati sunt cespites, supra quem sudas de lignis fortissimis « præfiguntur. » (Sudas vero ejusmodi in vallis Græci *σταυ- ροὺς* et *σταυρώματα* vocant <sup>7</sup>. — C. in A.) Quod vero exhiberi aiunt in summo vallo militem, qui corollam vallarem tenet, sane in tribus istis quos damus, et manibus versavimus, vallares istæ minime habentur coronæ, sed imperator ipse plaudatus globum sinistra tenens, dextram vero prætendens effingitur, tamquam castrorum ac valli præses, vel etiam *pater*. Certe *Matres Castrorum* augustas passim nominatas docent veteres inscriptiones et scriptores <sup>8</sup>.

## LXV (LVII).

## SAPPHIRUS CONSTANTII IMP.

Constantii imperatoris, Constantini filii, nummis, eximiam gemmam, quæ ejusdem augusti Xiphianam venationem exhibet, subdidimus, quod ad ejus spectet historiam : cujus quidem interpretationem Marquardi Freheri, cui debetur, huicæ dissertationi, quod in pauca folia contracta rarior sit, subjecimus.

## LXVI (LVIII).

## NUMMUS CONSTANTIS IN BRITANNIAM TRANSMITTENTIS.

Qui deinde primus inter Constantis nummos prodit, inscriptione perinde ac typo raritatem præfert : est enim ex iis quos

1. L. 33. — 2. 4, Georg. — 3. Ad 9, Æneid. — 4. Epist. 22. — 5. L. 7, de Bello Gall. c. 73. — 6. L. 1, c. 5. — 7. Thucid. 1. 6, 7. — 8. Capitol. Pollio. Gruter.

1. In Gloss. — 2. Part. 6, fig. 78 : Salmas. ad Inscript. Herod. p. 12 : Sponius, de Diis ignot. p. 87. — 3. Sat. 4. — 4. In Vita S. Hilarion. : Chron. an. 327. — 5. Cod. 2062. — 6. Or. 1. — 7. In 1 Cons. Stulich. 1. 1. — 8. L. 1, c. 25 ; 1. 2, c. 16. — 9. L. 6, ep. 33 ; Vide Gloss. — 10. In Germ. antiq. 1. 3, c. 4.

medalliones vocant. In hujus facie antica Constans imperator, in postica idem augustus militari habitu exhibetur, parmam læva tenens, dextra hastam, quam in militem in aquas detrusum intorquet: nisi figura illa nuda aquis immersa Oceanum ipsum repræsentet, qui expansis ulnis Constantem in Britanniam transmittentem ultro excipiat. Victoria cum palma et lancea præ manibus proræ insistente, signisque militaribus ad puppim defixis, quibus subsequens intelligitur exercitus, cum hisce characteribus, supra, BONONIA, infra, OCEANEN. vel OCEANVS, nam extremæ literæ aliquatenus detritæ. Quibus quidem Bononia ad Oceanum in Morinis innuitur, ad Italicæ discrimen, aut illius quam ad Dravum fluvium statuunt geographi. quomodo non semel expressa urbium nomina in nummis laud ita pridem observavit vir singularis eruditionis, Spanheimius<sup>1</sup>, qui et istum inspexerat in cimeliario regio: in quo quidem numismate trajectum Constantis in Britanniam designari in confesso est. Constans quippe devictus Francis Constantio IV, et Constante coss. uti testantur Socrates<sup>2</sup>, Sozomenus, Hieronymus, Idatius, et alii, sequente anno, Christi 343 Placido et Romulo coss. sæva hieme in Britanniam trajecit adversus Scotos et Pictos. ut innuere videtur Ammianus<sup>3</sup>: vel ut Libanius<sup>4</sup>, quo rebellionem ibi enatam comprimeret, quam Constantis in Britanniam trajectionem attigit etiam Julius Firmicus, libro de Errore prophanarum religionum, ad Constantem ipsum scribens « Post excidia templorum in majus « Dei estis virtute provecti, vicistis hostes, propagastis imperium: et ut virtutibus vestris gloria major accederet, « mutato ac contempto temporum ordine, hieme, quod necdum « factum est aliquando, nec fiet, tumentes ac sævientes « undas calcastis Oceani: sub remis vestris incogniti jam « nobis pene maris unda contremuit, et insperatam imperatoris faciem Britannus expavit. » Annum vero et initæ istius in Britannos expeditionis tempus indicat omnino subscriptio legis 5 Cod. Th. de Extraord. quæ data dicitur VIII. kal. febr. Bononiæ. Placido et Romulo coss. Ex qua recte collegit Jacobus Gotofredus perperam Constantium præferre ejusauctorem, licet post Sigonum contra sentiat Tristanus<sup>5</sup>, qui hunc nummum non viderat: adeo ut vel inde firmetur quod Firmicus et Ammianus tradunt, sæva hieme initam expeditionem. Sed et observationem exposcit quod ait idem Firmicus, sub remis Constantis undam contremuisse, sic ut navigiis ramis instructis Oceanus enavigatus, quod secus fere ac hodie, dicatur: quod navis cui Constans insistit. in nummo descripta præterea declarat. Id etiam firmat Cæsar<sup>6</sup> transitum suum in Britanniam commemorans. « Tum rursus « æstus commutationem secutus remis contendit, ut eam « partem insulæ caperet qua optimum esse egressum superiore ætate cognoverat »

## LXVII (LIX).

## NUMMUS JULII SILVANI.

Atque hic præclarus Constantis nummus admonet ut alterum, cujus meminit Arnoldus Ferronus, describamus, Julii Silvani, qui Gallo cæsare a Constantino occiso imperator in Gallia dictus, 28 imperii die a legionibus a quibus præsidium speraverat peremptus est. Licet enim nulla Silvani nomine insignita numismata proferant antiquarii, quodque a Goltzio refertur cum hac inscriptione, DN. FL. SILVANVS. P. F. AVG. incertæ fidei videatur Tristano, ob prænomen Flavii, quod sibi arrogasse Silvanum vix probabile esse censet, Constantinianæ familiæ proprium, ipsa adhuc superstite, testatur tamen Ferronus<sup>7</sup> effossa Burdigalæ ejusdem aliquot: sed quæ non ita describit, ut planum sit qui fuerint eorum typi: « Nuper, inquit, apud nos inventa vetera numismata, etc. » Sed et alia inventa numismata Silvani cum « Constantis cæsaris majore imagine: nam et hunc verisimile est Aquitaniam præfuisse. Nam cum apud Gallias « postea imperium affectaret, intra triginta dies extinctum « legimus. » Ex quibus quidem videtur Ferronus existimasse cusos ejusmodi nummos Constante ipso superstite, in honorem forte Silvani, qui in Galliis exercitibus præerat, cum et ipse Gallus esset, Boniti perinde Galli ducis filius. uti non semel ab imperatoribus factitatum constat. Nam si augusti titulo in iis donaretur, non dixisset postea imperium in Galliis arripuisse, nisi hæc Aquitaniam præfecturam spectent. Quod si in iis Silvanus augustus nuncuparetur, existimari

1. Diss. 9. — 2. L. 2, c. 10. — 3. L. 20, init. — 4. Libanius, in Basil. — 5. Tom. 3, p. 620. — 6. L. 5, de Bello Gall. c. 8. — 7. In Consuet. Burdegal. l. 2, p. 248; Goltz. Thes.

posset, cum sibi a Constantio metuens, purpuram induisset, patrocínio sese tutari voluisse Constantis extincti, cui superstiti copiarum dux militaverat, ita ut formata ejus in nummis imagine, et augusti ejusdem et peractæ sub eo militiæ memoria revocata, militum animos magis sibi conciliaret.

## LXVIII (LX).

## NUMMUS BONIFACII TRIUMPHUM EXHIBENS.

Præ cæteris autem numismatibus, maxime post ævum Constantini, quæ magnorum virorum vel fortissimorum ducum honori quodammodo dicata, ab ipsis augustis cusa sunt, non contemnendæ perinde raritatis est Placidii Valentiniiani æreus medallio, quem ex regio Thesaurio depromptum in eo opere exhibemus, in cujus antica facie idem conspicitur augustus cum diademate lapillis ac margaritis contexto, incisusque ad vultus latus ramus palmeus. Aversa autem Bonifacium triumphantis specie exhibet: quadrigæ enim insidet ille, militari habitu, στίφανόν τε δάφνης ἀνάδησάμενος, καὶ κλάδον κρατῶν, non ἐν τῇ δεξιᾷ, ut triumphantem describit Zonaras<sup>1</sup>, sed in sinistra; qua præterea, ut est apud Valerium Maximum<sup>2</sup>, triumphalis currus habenas retinet, dextra vero una cum corona laurea flagellum tenet. Currus ipse quo vehitur, et quem quatuor trahunt equi, juxta illud Nasonis<sup>3</sup>,

Quatuor in niveis aureis ibis equis,

ἐς πύργου περιφεροῦς τρόπον, instar turris rotundæ confectus cernitur, uti triumphantium currum repræsentat idem Zonaras. In inferiori nummi parte quatuor describuntur monogrammata. Jam vero Bonifacius, quem ut virum bellicis artibus præclarum prædicat Prosper Aquitanus<sup>4</sup>, γενναϊότατον vocat Olympiodorus<sup>5</sup>, tum primum inclaruit, cum Ataulphus Gothus Massiliam, celeberrimam in Gallus urbem, intercipere tentavit. Ejus enim consilio acriter obstitit Bonifacius, a quo vulneratus Ataulphus, vix salvus in sua se tentoria recepit, Massiliensibus Bonifacium liberatorem suum extollentibus ac prædicantibus, quod quidem gestum antequam Ataulpho nupta esset Placidia. At extinctis ipso Ataulpho<sup>6</sup> et Constantio augusto Placidia conjugibus, eidem augustæ, cum a fratre Honorio Constantinopolim relegata est. solus pene fides servans, ex Africa, cui prætor præerat, pecuniam submisit, obsequia sua impendit, nihilque non egit, ut intermissam, si non amissam, recuperaret illa augustam dignitatem. Erat Bonifacius, inquit Olympiodorus, vir heroicus, qui cum multis sæpe gentibus barbaris strenue pugnavit, paucis interdum copiis adhibitis, interdum pluribus, nonnunquam vero et singulari certamine: atque, ut verbo absolvam, qui Africam a barbaris variisque nationibus provinciam hanc incursantibus liberavit. A Placidia deinde, quæ tum augustam receperat appellationem, ex Africa in Hispanias evocatus, anno 422, ut Castino, magistro militum, contra Vandalos bellum gerenti adesset<sup>7</sup>, Castino socium habere dedignante, in Africam est reversus: quod reipublicæ multorum laborum et malorum sequentium initium fuit, ait Prosper. Actius quippe Bonifacium, quocum occultas fovebat similtates, cuique invidabat, ut potestatis suæ potentiori æmulo, ad Placidiam detulit, quasi Africam omnem sibi asserere cogitaret; addiditque verum deprehendi posse, si Romam acciret. Præmiserat interim Actius arcanas ad Bonifacium literas, per quas significabat insidiari sibi imperatoris matrem, et eripere vitam velle. Cum igitur accitus Bonifacius venire renuisset<sup>8</sup>, missi sunt Mavortius, Galbio et Saonecis duces, qui bello cum Bonifacio contenderent: quibus cæsis, suffectus est Sigiswiltus comes. Gesta hæc anno 427<sup>9</sup>, qua tum tempestate evocati ex Hispaniis a Bonifacio in auxilium Vandali in Africam trajecerunt, e qua non nisi sub Justiniano exacti sunt. Aetii interea dolo patefacto, Bonifacius a Placidia in Italiam revocatur. Venit ille, benigneque exceptus, et magistri militum dignitate, qua tum potiebatur Aetius, donatus est, anno 432. Scribit Procopius<sup>10</sup>, et ex eo Theophanes<sup>11</sup>, Bonifacium, priusquam in Italiam reverteretur, precibus ac promissis amplissimis Vandalos, ut ex Africa decederent, frustra persuadere conatum. cum recusantibus bello contendisse, et ab iis semel ac iterum bello superatum, ac demum auxilia conquisturum in Italiam trajecisse. Ingens exinde bellum inter Bonifacium re-

1. Tom. 2, p. 31. — 2. L. 4, c. 4, n. 5. — 3. Ovid. 1, de Arte am. — 4. Chron. — 5. Apud Phot. p. 486. — 6. Olymp. p. 195. — 7. Idac. p. 16. — 8. Prosper. — 9. Jornand. p. 57, 113. — 10. L. 1, Vand. c. 3. — 11. P. 80.



ducem et Aetium gestum est; initoque praelio, Aetius Bonifacium secum congregentem vulneravit illæsus, qui tertio post mense ex vulnere quo sauciatus fuerat interiit<sup>1</sup>. Insigne illud est quod refert Marcellinus Comes<sup>2</sup>, Bonifacium morientem, Pelagiam uxorem suam, valde locupletem, nulli alteri, nisi Aetio, ut nuberet exhortatum<sup>3</sup>. Hæc necessario præmittenda fuere, ut non modo quis esset Bonifacius in medallione effictus agnosceremus, sed etiam quando nummus idem cusus est a Valentiniano: quod dubio procul post Bonifacii ex Africa reditum, et cum magister militum dictus est, factum existimare licet, non quod ante hæc tempora nullam aliam bellicam expeditionem suscepit, aut victoriam adeptus sit, ex quibus decerni eidem potuerit triumphus. quod prædicta refellunt; sed quod a Valentiniano ætate paululum provectori cusus videatur medallio, qui antea excudi non potuit, cum antequam idem Valentinianus augustus dictus esset a Theodosio juniore, anno 425, inter Placidiam augustam et Bonifacium bella intercederent. quæ circa annum 422 cœpta, non nisi decennio post sunt sopita: qua tempestate, reverso Bonifacio, Valentinianus, qui tum ætatis, quem in nummo præfert, annum decimum tertium attigerat, seu potius mater Placidia, virum de republica bene meritum, victoriis celeberrimum, innocentem, et per calumniam falso delatum, sibi demereri volens, hocce honoris et benevolentiae symbolo exornavit. Sed quid denotent subjecta monogrammata, quorum tum primum, ni fallor, usus in nummis, fateor mihi prorsus ignotum, neque ipse forte Apollo divinet. Similem nummum, sed aureum, descripsit Octavius Strada<sup>4</sup>, in hoc ab æreo nostro diversum, quod in aureo Bonifacii caput radiis cinctum appareat, currusque non ab equis, sed a cervis, trahatur, quo modo Helagabalum processisse in publicum quatuor cervis junctis ingentibus, scribit Lampridius: et in Aureliani augusti triumpho currum exstitisse quatuor cervis junctum, qui fuisse dicebatur regis Gothorum, Vopiscus<sup>5</sup>: nisi quod cornua esse existimavit Strada, palmæ fuerint equorum capitibus affixæ, ut in aliis conspiciuntur<sup>6</sup>, maxime Neronis, qui Euthymium præfert in aversa facie, et in eo quem in Honorio descripsimus, qui PANNONI NIKA, pro inscriptione præfert. Severus in Epistola ad Salvium<sup>7</sup>: « Scimus enim palmæ geros bijuges, ubi e Circo recesserint, quietissime stabu-  
« lari. Illos non jugis formido, non ambigua palmæ sollici-  
« tant, sed demum pœcatis adfixi præsepibus, timere jam  
« nesciunt hortatorem, etc. » Cervos autem ejusmodi πλῆ-  
« κέρως, palmatos, vocat Julius Capitolinus in Gordiano  
cap. 3: quorum scilicet cornua natura finxit in palmas<sup>8</sup>.  
Monogrammata non omnino eadem sunt quæ in æreo, quæ  
ob nummi forsitan exiguitatem haud bene expressit moneta-  
rius, aut minus perceptit Strada.

## LXIX (LXI).

NUMMUS PLAC. VALENTINIANI, IN QUO EXPRESSUS  
PETRON. MAXIMUS.

Non minoris raritatis est ejusdem Placidii Valentiniani prægrandis nummus alter æreus, quem ad Sidonium laudat Sirmondus<sup>9</sup>, cujus antica facies Valentiniani vultum exhibet, cum solita inscriptione, DN. PLA. VALENTINIANVS. P. F. AVG.; altera Petronium Maximum, senatorio, seu potius consulari habitu in sella sedentem, volumen dextra, læva scipionem cum aquila tenentem, nomine hinc inde adscripto, PETRONIVS MAXIMVS V. C. CONS. Quo quidem numismate Petronium Maximum consulem simili pene honore quo Bonifacium prosecutus est Valentinianus, quam ille accepti beneficii gratiam male tandem rependit. Eo autem imperante bis dignitatem hanc obierat Maximus, ac primum anno 433, cum Theodosio; iterum decennio post, cum Paterno: unde Tironi Prospero in Chronico Pithœano, vir dicitur gemini consulatus et patriciæ dignitatis. Ad alterutrum igitur referendus præclarus hic medallio, et forsitan ad postremum.

## LXX (LXII).

NUMMUS JUSTINIANI, IN QUO EXPRESSUS  
BELISARIUS.

Bonifaciano suppar propemodum est, quod Petri Gyllii<sup>10</sup> olim fuit, numisma (cujusmodi etiam complura a Genuensi

nobile ad insulam Tabracam, Tunetensi littori proximam, inventa accepi a viro Cl. D. Hussono, consule Franciæ, qui ea vidit — C. in A.) in cujus uno latere sculptus erat, inquit ille, Justinianus Belisarium excipiens triumphantem; in altero, Belisarii imago, cum hoc elogio, GLORIA ROMANORVM BELISARIVS. Effictus scilicet fuit in eo numismate Justinianus, quo modo fere tessellato seu musivo opere, in Chalces, quæ palatii Constantinopolitani vestibulum fuit, camera ac fornice, ut auctor est Procopius<sup>1</sup>. Ibi enim, ut is scriptor refert, Belisarius ad imperatorem redux cum exercitu integro exuvias ipsi offerebat, reges ac regna, et quidquid inter homines excellebat. In medio stabant imperator et Theodora augusta, ea uterque specie, ut summam lætitiæ præ se ferrent, et festo victoriæ celebrarent, captis suppliciterque accedentibus Vandalorum Gothorumque regibus insignem, circumstantibus senatoribus, festumque agentibus. Ita autem Belisarium in Circo excepit Justinianus, ut idem Procopius commemorat<sup>2</sup>. In istis porro justinianeis numismatibus aureis perinde ac argenteis effictum voluit Belisarium Cedrenus, Glycas, et Constantinus Manasses, ἐπλίτην βουρβαίαν ἑσπασμένον, armatum cum gladio stricto.

## LXXI (LXIII).

## NUMMUS STILICHONIS.

Adjungine iis quæ modo descripsimus in virorum de republica bene meritorum honorem eius numismatibus Stilichonis nummi debeant, dubium facit Philostorgius, scribens inter alia affectatæ ab eo tyrannidis argumenta illud fuisse, quod ausus etiam sit nummos cudere sola forma ab imperatoris discrepantes<sup>3</sup>: Οὕτω δὲ κατάφωρον καὶ ἀδεῖα τὴν τυραννίδα προσενεγκεῖν τὸν Στελίχωνα, ὡς καὶ νόμισμα, μορῆς λεπτοῦσης μόνῃς κοφασταί: « Ita aperte et confidenter tyrannidem affectasse Stilichonem, ut etiam numisma, sola forma excepta, « cuderet. » Quæ de aureo nummo capienda suadet vox νόμισμα, solidis aureis ab ejusce ævi scriptoribus tribui solita. Voce vero μορῆ habitus imperatoris intelligitur, quem venerabilem formam vocat lex 6. Cod. Th., de Indulgentiis criminum. Verum ab Honorio ejusmodi Stilichonis socii nummos in rerum præclare gestarum monumentum cusos longe probabilius, cum Stilichoni suo nomine aliunde formandi occasio deesset ac prætextus, ejusce rei in viris quantumlibet auctoritate apud imperatores pollutibus factitatæ nullum fere hactenus habeatur exemplum.

## LXXII (LXIV).

## NUMMI RESTITUTI ET CONTORNIATI.

Longe alterius generis sunt nummi aliquot, ad virorum illustrium, qui prioribus sæculis vixerant, revocandam memoriam cusi ab imperatoribus, quorum alii inde revocati, alii contorniat, ab Antiquariis appellantur<sup>4</sup>. Prioris generis multo plures habentur ab ipsomet Augusto et successoribus cusi, de quibus hic non est sermo: posterioris vero tum primum occurrunt post Constantini M. ævum, atque adeo circa Honorii tempora, in quibus primas tenet æreus ille medallio, in cujus antica parte idem Augustus majori habitu faciei effingitur, ut loquitur Constantinus M. in quadam constitutione<sup>5</sup>, cum hac inscriptione, HONORIO AVGVSTO. in postica expressus conspicitur vir triumphantis specie, laurea caput cinctus, dextra flagellum, sinistra palmam tenens, curru quadrijugo vectus, cum inscriptione, EUTYMI NICA, ita ut pene geminus sit alterius medallionis, qui a Nerone primum cusus est, in quo altera facie ipse effingitur, cum inscriptione, IMP. NERO. CÆSAR. AVG. P. M. in altera, vir, eodem habitu quo supra, curru perinde quadrijugo vectus, cujus equi palmis ad capita insigniuntur, cum hisce characteribus, EUTYMVVS<sup>6</sup>. Quiquidem eximius est Olympiæ victor Euthymius seu Euthymus picta Locrensis, de quo Plinius hæc ait<sup>7</sup>: « Consecratus est vivus sentiensque ejusdem ora-  
« culi jussu, et Jovis deorum summi astipulatu Euthymus  
« pycta, semper Olympiæ victor, et semel victus. » Euthymii istius insignis pugilis meminit præterea Ælianus<sup>8</sup>: hujus autem memoriam revocavit Nero, quod ille quadantenus inter certaminum deos præsidēs haberetur utpote consecra-

1. Idac. p. 19. — 2. P. 23. — 3. Prosper, p. 205. — 4. P. 187. — 5. In Aureliano. — 6. Bigus ad Ant. Aug. p. 20. — 7. Tom. 5, Spicil. Acheriani, pag. 535. — 8. Plin. lib. 9, cap. 32 (45). — 9. Lib. 2, ep. 13. — 10. Lib. 2, de Topograp. CP. c. 12.

1. L. 1, de Æd. c. 10. — 2. L. 2, Vand. c. 9. — 3. Philostorg. l. 12, c. 1, n. 2. — 4. Spanheim. diss. 1, p. 44. — 5. L. 1. Cod. Th. Si quis solidi circ. etc. — 6. Occo, p. 134, Bigus, p. 20; Constant. Landus, de Veter. Numism. p. 70. — 7. L. 7, c. 47. — 8. L. 7, Var. c. 47.



tus, quo modo fere Olympionicæ omnes apud Ethnicos pro Diis habebantur, ut auctor est Johannes Chrysostomus<sup>1</sup>, ipseque Nero circi certamina plus æquo amaret: non vero, uti conjicit Constantius Landus, quod aurigationi impensius studuerit, ut de eo testatur Suetonius. Non enim Euthymius auriga, sed pugil, seu, ut a Plinio vocatur, *pycta*, qua etiam voce, eadem notione, utuntur Seneca et Tertullianus: curru vero vehitur, quemadmodum hieronica consueverant deduci coronati per medium stadium, triumphantium ac ovantium specie, palmam deferentes, quæ eorum propria erat<sup>2</sup>. Neronianum Euthymii medallionem revocavit seu recudit Trajanus imperator<sup>3</sup>, in cujus facie altera ipse effingitur, cum hac inscriptione TRAIANUS P. F. AVG.; in altera simili habitu Euthymius, nisi quod flagellum dextra tenet, cum in Neroniano spiculum, sed perperam, eidem tribuatur; præterea in Neroniano binæ laureæ invicem colligatæ subsint curru, diductæ in latitudinem. In Trajaniano perinde inscribitur, EUTHYMIVS. Trajanianum servat Gazophylacium Regium. (Alterum præterea Trajani descripsit Car. Patinus, in *Thesaurō Numismatum*<sup>4</sup>, in quo stat Euthymius inter duos equos, utraque manu laureas tenens, cum hisce caracteribus, EUTHYMIVS. et infra, TYRIEI CAT.— C. in A.) Neronianum denique et Trajanianum revocavit etiam, uti diximus, Honorius Imperator<sup>5</sup>: sed Honorianus in inscriptione differt ab aliis, cum hæc verba partim exesa præferat, EUTHYMIICA. Quæ quidem eadem ferre sunt quæ præcones efferre solebant, cum quis victor existeret in certaminibus, ut apud Laertium<sup>6</sup>, Νικᾶ Διέξππος, et apud Xiphilinum in Nerone, Νέρων Καίσαρ νικᾶ τὸν δὲ τὸν ἀγῶνα. Inde fluxit familiaris apud Græcos christianos formula, IC. XC. NIKA., et apud Latinos, CHRISTVS VINCIT, CHRISTVS REGNAT, CHRISTVS IMPERAT (cujusquidem postremi lemmatis, Χριστός βασιλεύει, in militaribus tesseris, meminit scholiastes sancti Gregorii Nazianzeni, pag. 35. — C. in A.), cum ii victorias soli Deo adscriberent: ut et rursum illa Græcorum, post devictum a Constantino, virtute crucis quam in cælo, vel in somniis, uti vult Lactantius, viderat, Maxentium, σταυρὸς νεβίχης, de qua egimus. Hinc etiam forsitan acclamationes populares ad imperatorem in circis, NIKA, *vince*, a qua famosa illa seditio sub Justiniano nomen accepit, quod esset τὸ σύνθημα τῶν δῆμων, *tessera factionum*, ut auctor est Evagrius<sup>7</sup>. (Nam quibus illi favebant, hos acclamatione ista excitabant; quod præ cæteris testatur nummus ille a Carolo Patino in *Thesaurō Numismatum* descriptus, pag. 208, in quo effingitur pugil nudus, flagrum dextra, palmam sinistra tenens, cum hac inscriptione, VRSE VINCAS. — C. in A.)

## LXXIII (LXV).

## NUMMUS ADULTERINUS HERACLII.

Exactis quæ dicenda erant de *contorniat*is nummis, operæ pretium videtur de Byzantinorum augustorum adulterinis quibusdam ac spuris sermonem facere, quos rei nummarie periti in suam suppellectilem etiam admittunt, non quod revera ipsorum principum quorum effigies representant esse existiment, sed quod saltem antiquioris sint ævi, et aliquid contineant in se dignum observatione. In iis eminet præ cæteris major medallio Heraclii cujus ectypon varie describere Lipsius, Octavius Strada, Patinus, Jacobus Oiselius, et alii. Habetur is aureus ac pulcherrimus in Gazophylacio Regio, ejus qua exhibuimus magnitudinis adeptæ ab eo crucis a Persis, ac in urbem regiam relatæ historiam referens: de qua breviter hoc loco videntur refricanda, quæ in hanc rem habent auctores, ut facilius non tam quod verum aut adulterinum subolet numisma, deprehendatur, quam inventoris consilium ac animus. Aiunt igitur beatam Helenam inventis in Hierosolymitana urbe vivificis lignis, horum partem, cum clavis quibus Christi corpus confixum est, misisse ad Constantinum filium: alteram Macario, Hierosolymitano patriarchæ, auro inclusam servandam commendasse. Ita Theophanes anno 21 Constantini. Hierosolymis vero a Sarbaro et Persis captis, anno 5 Heraclii, sublata etiam vivifica ligna, et abducta sunt in Persidem, cum ipso Zacharia patriarcha. Verum haud multo post, Syroes Persarum rege, post Chosrois patris necem, cum Heraclio fœdus ineunte, institit potissimum Heraclius, ut vivifica ligna, quæ Hierosolymis in Persidem transtulerat Sarbarus, sibi redderentur: quod ultro pollicitus est Syroes, si uspiam possent

1. Hom. 66, ad pop. Antioch. — 2. Petr. Faber, l. 2, Agon. c. 10, 11, 12, 25. — 3. Francisc. Angelon. in Hist. Aug. p. 113. — 4. P. 105. — 5. Petr. Faber Agonist. l. 2, c. 13. — 6. Diog. Laert. l. 6, in Diog. Synop. — 7. Evag. l. 4, c. 13.

inveniri. Exstinctis interea ipso Syroes, Chaboe, Hormisda et Hormisdæ filio, Persarum regibus, Sarbarus regnum persicum, Heraclio adjuvante, adeptus, pace cum Romanis constituta, Ægyptum atque Orientem omnem imperatori restituit: qui dum adhuc in Perside moraretur, ea uti erant cum primum capta sunt obsignata secum deferens, Hierosolymam perrexit, et Modesto patriarchæ ejusque clero monstravit. Ab iis vero integra adhuc sigilla deprehensa sunt, intellectumque sanctissima hæc ligna neque prophanis ac pollutis manibus attrectata, neque ab illis omnino conspecta, eoque nomine actæ Deo gratiæ, et laudes persolutæ. Tum patriarcha clavem, quæ apud se remanserat, domo deferens, adorantibus universis, loculum aperuit. Post hæc erecta illic cruce, imperator eam illico Byzantium remisit: cui cum litaniis ex Blacherniano Deiparæ templo obviam processit Sergius patriarcha, et ad Sophianam Ecclesiam deducens, ibidem illam sustulit indictione 2, anno Christi 629, qui est decimus nonus Heraclii. Paulo post vero Heraclius ipse domum rediens, urbem ingressus est, curru vectus, quem elephantum quatuor trahebant, cum fausta omnium acclamatione, festis diebus ob victoriam celebratis. Hæc ferre Nicephorus patriarcha Constantinopolitanus in *Heraclii Vita*<sup>1</sup>. Theophanes autem in tota hac narratione Nicephoro haud usquequaque consentit. Quippe, eo auctore, Heraclius anno imperii decimo octavo, confecto persico bello, quod per annos sex duraverat, inito cum Persis fœdere, septimo demum in urbem reversus, ab omnibus cum gaudio et tripudiis exceptus est. Anno vero subsequenti, vere ineunte, urbe profectus, venit Hierosolymam, et venerandis ac vivificis secum delatis lignis, grates Deo persolvit. Cumque in Syria usque ad vigesimum quartum imperii annum, qui est Christi 635, difficillimis bellis incubuisset, rebus quasi desperatis, venerandis iisdem secum inde asportatis lignis, Constantinopolim recessit. Ex Nicephoro igitur illata in urbem vivifica crux anno decimo nono Heraclii, quo Sarbarus regnum Persicum invasit. At cum paulo post tradat Heraclium in urbem reversum, videtur prorsus indicare missam vivificam crucem paulo antequam ex Oriente reverteretur, ubi totos fere sex annos secundo exagerat. Ita quod ait acta indictione secunda, referenda videntur ad annum quo crux recepta est a Persis, non quo relata est in urbem. Proinde ex Theophane, Heraclius sacra secum in urbem ligna asportavit. Quod si ita est, intelligi posset expressus in hoc numismate Heraclii triumphus, cum Constantinopolim rediit. At cum tradat Nicephorus remissam crucem ab Heraclio in Oriente adhuc degente, exceptamque a Sergio patriarcha, Heraclium vero aliquanto post curru vectum, quem quatuor trahebant elephantum, urbem ingressum, videtur potius expressus in nummo triumphus apparatus referri debere ad solennem Heraclii in urbem Hierosolymitanam ingressum: cum scilicet acceptam a Persis vivificam crucem in eam intulit, uti Nicephorus commemorat; cum præterea non elephantis, sed quadrigis instructo curru effictus hic exhibeatur.

## LXXIV (LXVI).

## ÆDES ANASTASEOS EXPRESSA IN NUMMO HERACLII.

Nec scio an adpensæ ad trabem tres lampades templum ipsum quod a b. Helena Hierosolymis Anastaseos nomenclatura excitatum, et in eo reconditam vivificam crucem tradit Theophanes, non indicent. Nam in ædibus sacris appendebatur trabibus auro, argento, vel ære obductis, vel iis imponebantur luminaria, sive ædium parietibus essent infixæ, sive ex se liberæ, et a fornice catenulis aut funiculis pensiles. Ita porro de iis ædium sacrarum trabibus Leo Ostiensis<sup>2</sup>: « Trabem quoque nihilominus fusilem ex ære cum candelabris numero quinquaginta, in quibus utique totidem cerei per festivitates præcipuas ponerentur, lampadibus subter in æreis uncis ex eadem trabe triginta sex dependentibus. Quæ videlicet ærea trabes æreis æque brachiis ac manibus sustentata, trabi lignæ, quam pulcher rime sculpsit, et auro colorumque fucis interim fecerat « Desiderius exornari, commissa est. » Agunt præterea de ejusmodi trabibus Petrus diaconus casinensis<sup>3</sup>, Hariulphus<sup>4</sup>, *Chronicon Atinense*<sup>5</sup>, Bromptonus<sup>6</sup>, et alii. Quod si ita se res habet, iique lychnuchi ædem Ἀναστάσεως referunt, ii forsitan fuerint ad Christi sepulcrum appensi, quos sabbato sancto divinus accendebat ignis sub horam vespertinam, siquidem

1. Niceph. CP. in Brev. — 2. L. 3, c. 31, al. 33. — 3. L. 4, c. 73. — 4. L. 2, c. 10; l. 3, c. 3. — 5. An. 1061. — 6. An. 19, W. Nothi.

συνηθες istud θαύμα, uti ejusmodi miracula vocat Anna Comnena, ea tempestate obtinuerit, de quo tam constans est apud scriptores qui deinceps floruerunt testimonium, ut mirum sit viros eruditos quæ de hac re ab iis proferuntur, in controversiam revocare. Primus sane qui ejus meminerit videtur fuisse Bernardus monachus, qui vixit an. 870 (ut testatur Willelmus Malmesburiensis), in *Itinerario Hierosolymitano*, edito a viro doctissimo Joanne Mabillonio<sup>1</sup>, qui rem ut *consuetum prorsus miraculum* commemorat, adeo ut incertum sit quando cœperit et *an ante tempora Saracenorum fuerit*, inquit idem Malmesburiensis<sup>2</sup>. Sed et perinde quando desierit minime constat, cum tantum ex *Chronico Andrensi*, anno 1177, adhuc hac tempestate visum colligere sit. Septem autem lampadas ibi appensas fuisse testatur Glaber Rodulfus<sup>3</sup>; at anonymus, *de locis sanctis*, ad triginta sex pependisse scribit<sup>4</sup>. Asservatam porro vivificam crucem in æde Resurrectionis longe ante Heraclium palam est: cum non modo ἐκκλησία ἁγίου σταυροῦ inde dicatur auctori *Chronici Alexandrini*<sup>5</sup>, sed et qui crucem in ea servabat presbyter, *custos crucis* dicatur Victori Tunensi<sup>6</sup> in *Chronico*, σταυροφύλαξ Theophani<sup>7</sup>, qui Joanni Moscho<sup>8</sup> σκευοφύλαξ τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως. Quod sane muneris obibat, Francis nostris Hierosolymitanum regnum obtinentibus, *custodis sanctæ scilicet Crucis* titulo insignis, ejusdem ecclesiæ canonicus, particulæ scilicet ejusdem salutaris ligni quæ in ea æde asservabatur. Heraclius igitur recepta a Persis cruce, hanc in Anastasi recondidit<sup>9</sup>, donec Constantinopolim relata est. Ita si Heraclii adventus in urbem Hierosolymitanam hic describitur, per lampadas in eo numismate expressas videtur innui ipsa Anastasis in quam illata sunt vivifica ligna: contra, si ejusdem augusti adventus in urbem regiam effingitur, extracta ex eadem Anastasi innuuntur: quam quidem ædem sacram a Modesto patriarcha reedificatam eodem imperante Heraclio tradit Antistes Tyrius<sup>10</sup>.

## LXXV (LXVII).

IMPERATORES CONSTANTINOPOLITANI IMBERBES.  
BARBATI.

Jam vero barba quæ lata et promissa Heraclio hic tribuitur, haud multum discrepat ab ea quam præferunt genuini ejus nummi, nisi quod in isto paulo promissior, contra quam tradit Cedrenus<sup>11</sup>, scribens Heraclium, priusquam adeptus esset imperatoriam dignitatem, barbam latam atque promissam nutritis, sed imperatorem factum, comam totondisse et barbam, quomodo, inquit, imperatores solent. Ejus verba sunt: Οὗτος ὁ Ἡράκλειος ἦν τὴν ἡλικίαν μεσηλιξ, εὐσθενής, εὐστερνος, εὐόφθαλμος, ὀλίγον ὑπόγλαυκος, ξανθὸς τὴν τρίχα, λευκὸς τὴν χροιάν, ἔχωντε πώγωνα πλατὴν, καὶ πρὸς μῆκος ἐκκρεμῆ. ὀπηνίκα δὲ πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ἦλθεν ἀξίωμα, εὐθέως ἐκείρατο τὴν κόμην καὶ τὸ γένειον τῷ βασιλικῷ σχήματι. « Fuit Heraclius statura medio- « cri, robustus, firmo pectore, oculis elegantibus, ac non « nihil cæsiis, fulvo crine, albus, barba lata atque proluxa. « Sed imperator factus extemplo comam totondit, ac mentum « rasis, qui est imperatorum habitus. » Quibus quidem verbis innuere videtur Cedrenus solos imperatores barbam decessorum more rasisse, cæteros vero Græcos nutritis. Et sane ante Heraclium barbam rasisse imperatores testantur passim nummi, ipseque auctor *Chronici Alexandrini*<sup>12</sup>, quo loco Justinianum describit, quem mentum rasum, ὡς οἱ Ρωμαῖοι, habuisse ait. Verum ab Heraclii temporibus *moris fuit Orientalibus, tam Græcis quam aliis nationibus*, ut habet Antistes Tyrius<sup>13</sup>, *barbas tanta cura et omni sollicitudine nutrire, pro summoque probro et majori quæ irrogari potuerit unquam ignominia reputare, si vel unus pilus quocumque casu sibi de barba cum injuria detraheretur*. Subdit deinde, *barbam ea diligentia conservasse Græcos tanquam argumentum viri, vultus gloriam, hominis præcipuam auctoritatem*: a quo eadem hausit verba Jacobus de Vitriaco<sup>14</sup>. Characteres, cum Græci tum Latini, non iidem omnino sunt in ejusmodi numismatis ectypis quæ ab aliis describuntur, tametsi haud multum diversi. Sed negotium facessit plerisque vox male exarata, ΑΘΛΘΘΗΘ. Quidam enim, ut Lipsius, legendum putaverunt ΑΘΘΘΗΘ, alii ΝΟΜΘΘΗΘ. Ego vero ΑΓΩΝΘΘΗΘ malim, quo vocabulo recentiores Græci ac Latini, ἀγωνιστήν, pugilem, vel præliatorem indigitabant, ut alibi<sup>15</sup> observamus.

1. Cap. 10, tom. 4, SS. Ord. S. Bened. — 2. Vide Gloss. in *Cruce*. — 3. L. 4, c. 6. — 4. Anonym. de Loc. SS. c. 1. — 5. In Constant. M. — 6. In Anast. — 7. P. 134. — 8. C. 48, 49. — 9. Gretzer, de *Cruce*, p. 258k. — 10. W. Tyrius, l. 4, c. 4. — 11. An. 1. Heracl. — 12. P. 860. — 13. W. Tyrius, l. 11, c. 1; Nicet. in Isaac. l. 1, n. 10. — 14. Lib. 1, c. 7k. — 15. In Gloss.

Neque in hac voce duntaxat mendum occurrit: nam et voces CIAHPAC, (ubi A pro Δ) et ΠΥΛAC, (ubi T pro Υ, proclivi utrobique mendo habentur) perperam exarantur. Jam vero numisma istud non ejus esse antiquitatis quam Cuspinianus ei adscribit, satis, opinor, ex prælibatis colligitur: quod præterea imperatoris habitus, et augustis Byzantinis prorsus insolens diadema arguit. Inscriptiones deinde Græcæ ac Latinæ ex sacris fere haustæ literis mixtim exaratae; lux etiam illa quæ Heraclii vultui affunditur, omnino indicant recentioris esse sculptoris alicujus inventum, qui divinæ crucis triumphum exprimere voluerit. Sic porro legendi sunt Græci characteres, ac in antica quidem, ΗΡΑΚΛΕΙΟC. EN. ΧΩ. ΤΩ. ΘΩ. ΠΙCΤΟC. ΒΑCΙΛΕΥC. ΚΑΙ. ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ. ΡΩΜΑΙΩΝ, ΝΙΚΗΤΗC. ΚΑΙ. ΑΓΩΝΘΘΗΘ. ΑΕΙ. ΑΥΤΟΥCΤΟC. In postica vero, ΔΟΞΑ. EN. ΥΨΙCΤΟΙC ΧΩ. ΤΩ. ΘΕΩ. ΟΤΙ. ΔΙΕΡΡΑΞΕ. CIAHPAC. ΠΥΛAC. ΚΑΙ. ΗΑΕΥΘΕΡΩCΕ. †. (i. σταυρόν) ΑΓΙΟΝ. ΒΑCΙΛΕΥC. ΗΡΑΚΛΕΙΟC. In Lipsiano æreo exarati præterea leguntur hi characteres Græci ad occiput Heraclii, ΑΓΙΟΑΙΝΙC, qui nihil sonant.

## LXXVI (LXVII bis).

## NUMMI IMPP. EX GENTE PALÆOLOGA.

Inter adulterimos nummos, binos etiam ex gente Palæologa exarari curavimus, alterum Joannis, alterum Constantini ultimi imperatoris Constantinopolitani, quos rei monetariæ antiquæ studiosi in numismatum augustorum serie vulgo reponunt, quod indubitatae fere fidei post Angelos vix reperiantur. Nescio enim an pro genuinis haberi debeant Theodori Lascaris et Andronici Palæologi aurei qui ab Octavio Strada describuntur, quos vix crediderim fuisse tam elegantis formæ ac exhibentur. Utcumque sit de rei veritate, donec suppetant alii, etiam eos hic et in nostro de Familiis Augustis Byzantinis opere representamus. Mirum sane videri debet quod extremi istius sæculi quod nostris proximum fuit imperatorum Byzantinorum nummi, atque adeo ex Lascarica, Palæologa, vel Cantacuzena gente vix occurrant. nam Theodori Lascaris, quos ibi damus, nummi, ex eodem Strada descripti sunt, penes quem fides erit. Atque id accidisse ex eo prorsus existimare licet, quod ut pessime formati neglecti fuerint ab antiquariis, vel quod a Turcis in proprias monetas conversi: nisi forte quidam ex iis quos Joanni et Manuelli Comnenis adscripsimus Palæologorum fuerint ejusdem nomenclaturæ imperatorum, vel, quod longe potius existimaverim, quia postremi isti Constantinopolitani augusti in monetis suis effigies suas ac sua nomina non semper descripserint, proindeque eorum fuerint plerique quos inter Zimiscianos exhibuimus. Michaelis Palæologi nummorum aureorum meminit Georgius Pachymeres<sup>1</sup>, atque recepta a Latinis Constantinopoli, in postica facie, ejusdem urbis figuram effingi curasse, metalli probitate detrita. Sic ille, ubi de Andronico seniore. Ἀλλὰ καὶ τὸ νόμισμα διὰ τὴν χρεῖαν ἐκιδθελύετο, πρότερον μὲν γὰρ ἐπὶ Ἰωάννου τοῦ Δούκα, τὸ δῆμοιον τοῦ ταλάντου τῶν νομισμάτων, χρυσὸς ἦν ἀπεφθός. Ὑστερον δὲ ἐπὶ Μιχαήλ, τῆς Πόλεως ἀλούσης, διὰ τὰς τότε κατ' ἀνάγκην ὁδοὺς, καὶ μᾶλλον πρὸς Ἰταλοὺς, μεταγράφω μὲν τῶν παλαιῶν σημείων, τῆς Πόλεως χαραττομένης ὀπισθεν. Καθυφίετο δὲ καὶ παρακεράτιον τὸ ἐκ χρυσοῦ νομιζόμενον ὡς πεντεκαίδεκα πρὸς θ. τὰ εἰλοσιτέσσαρα γίνεσθαι. Μεταλλαξάντος δ' ἐκείνου, πρότερον μὲν εἰς δεκατέσσαρα περιέστη πρὸς δέκα. νῦν δὲ, ἀλλὰ καὶ ἐφ' ἡμισείας τὸ ἀπεφθὸν καταμίγνυται. « Sed et moneta, ob ejus penuriam, adul- « terata est. Prius enim sub Joanne Duca nummi dimidium « ex puro auro cocto seu obryzo erat. Postea vero Michael, « capta urbe, ut haberet unde largitiones necessarias, Italis « præsertim, faceret, immutatis notis veteribus, urbis figu- « ram in postica facie expressit, detrita interim metalli « bonitate, eo usque ut e viginti quatuor partibus aurei « solidi, auri duntaxat puri novem essent, quindecim mis- « turæ sequioris. Post Michaelis mortem, primo quidem « decem partes auri purgati ad vitiosas quatuordecim « adjectæ sint: nunc vero ad dimidium purum aurum mis- « cetur. » Quæ porro hic dicuntur de urbis figura in nummis Michaelis efficta, pene nos impulere, ut ejus esse existimarem nummum æreum, in quo imperator cum cruce et globo in altera facie, in altera vero urbis porta triplex, suis turribus et pinnaculis instructa visitur, cum adscripta sub- tus hac epigraphe, VICTORIA, in receptæ urbis, atque adeo Francorum ab ea expulso- rum symbolum. Sed erunt fortasse qui quo augustus ille cingitur diadema vix esse putent istius

1. L. 12, c. 8.



quod Michael vixit ætatis. Prostat alius Andronici imperatoris aureus prægrandis, in quo urbs Constantinopolis muris suis circumducta exhibetur, Deipara pallium expandente, ac brachia super eam porrigente, tanquam urbis tutatrice ac *πολιούχος*. In altera, coram eadem beatissima Virgine in genua procumbit imperator, supra cujus caput inscriptum *ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΣ ΒΑΣΙΛΙΑ*. quæ quidem urbis expressa figura suadere potest esse Andronici senioris Palæologi, ita ut parentis monetarum figuras in suis etiam servarit: quod suadere imprimis potest Andronici in Deiparam cultus eximus, qui, ut tradit Pachymeres<sup>1</sup>, post debellatum Alexium Philantropenum, in monasterium Hodegorum venit, et coram sacra Deiparæ imagine, toto fere corpore prostratus, adeptæ victoriæ gratias egit. Sed cum nummus iste sit ex iis quos caucios vocant, cujusmodi cusi habentur ex familia Comnena augustorum, Andronico Comneno Tyranno, interim dum lux alia affulgeat, adscripsimus. Scribit denique Raimundus Montaneri in Historia Catalanica regum Aragonensium Rogerium Florum magnum ducem ab Andronico seniore. cui cum Catalanis militabat, dictum, rogasse imperatorem ut militibus suis stipendia persolveret, eumque monetam cudi curasse probitate longe imminutam, quæ instar erat ducatorum Venetorum, argenteorum scilicet, quorum pretium erat octo denariorum barcinonensium: præterea minutiolem aliam monetam quæ trium denariorum erat, quamque perperam *vincilions* appellatam ait, manifesto errore, pro *miliarision*. Ejus verba sunt<sup>2</sup>: « E com aquesta « pau fo feyta, lo megaduch dix à l'emperador que donas « paga à la companya, e l'emperador dix que faria, et feu « battre moneda en manera de ducat Venetia, que val. 8. « diners Barceloneses cascu. E axi ell feu ne fer que havien « nom vincilions, e non valia tres diners la hu: e volch que « correguessen per lo preu daquells qui valen 8. diners, e « mana a cascu que prenguessen dells Grechs cavall, o mul, « o mula, o viandes. o altres coses que haguessen ops, e que « pagassen de quella moneda, e aço feu par mal vici, ço es « que entras hoy e mala volentat entre los pobles e la host: « que tantost que ell hach son enteniment de totes les guerres, « res, volgra quels Franchs fossent tots morts, e fossen fora « del imperi. » Verum etsi hodie vix ulla obvia sint postremorum imperatorum, ex gente præsertim Palæologa, numismata, quibus monetariæ supellectilis studiosorum *ἀρχεῖα* locupletentur, damnum istud quodammodo resarciunt quæ supersunt eorum figuræ, ex quibus habitum imperatorum horum temporum, qui describitur a Codino et aliis<sup>3</sup>, licet percipere. Quas inter præ cæteris insignes haberi debent Michaelis Palæologi, Theodoræ augustæ uxoris, et Constantini Porphyrogeniti filii imagines, quæ Constantinopoli in Deiparæ *περιβέπτου* æde sacra conspiciuntur, quas delineari curavimus. In qua quidem tabella<sup>4</sup> Theodora effingitur cum *τυμπανίω* in capite, margaritis et lapillis distincto, uti Euphrosyne augusta, Alexii Angeli imperatoris uxor, apud Nicetam Choniatem<sup>5</sup>. Habetur alia haud absimilis ejusdem Michaelis imperatoris effigies descripta ab Hieronymo Wolphio<sup>6</sup>, ex codice manuscripto Augustanæ Bibliothecæ Historiæ Georgii Pachymeris, cui diadema capiti impositum non omnino ejusdem est formæ qua in ea imagine a nobis descripta cernitur. Sed et quod *acaciam* vocant, voluminis speciem plane refert. Aliam præterea tabellam<sup>7</sup> damus Manuelis Palæologi et Helenæ augustæ, uxoris, ut et Joannis, Theodori, et Andronici filiorum effigies continentem, ex manuscripto Codice Operum Dionysii Areopagitæ, quem idem Manuel ad monasterium Sancti-Dionysii in Francia, ubi asservatur, per Manuelem Chrysoloram, legatum suum, misit, anno 1408, uti præfert eidem imagini subdita hicque descripta epigraphe, quam, ut et ipsas effigies, beneficio viri humanissimi perinde ac doctissimi Joannis Mabillonii, sumus consecuti: *Τὸ παρὸν βιβλίον ἀπεστάλη παρὰ τοῦ ὑψηλοτάτου Βασιλέως καὶ Αυτοκράτορος Ῥωμαίων κυρίου Μανουήλ τοῦ Παλαιολόγου, εἰς τὸ μοναστήριον τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ ἐν Παρυσίῳ τῆς Φραγγίας ἢ Γαλιτίας ἀπὸ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. δι' ἐμοῦ Μανουήλ τοῦ Χρῦσολωρᾶ πεμφθέντος πρέσβεως παρὰ τοῦ εἰρημένου Βασιλέως. ἔτει ἀπὸ κτίσεως κόσμου, ἑξακισχιλίστων ἑνεακοσίων ἑξκαδεκάτω. ἀπὸ σαρκώσεως δὲ τοῦ κυρίου, χιλίστων τεσσαρακοσίων ὀγδὼ. Ὅς τις εἰρημένος Βασίλευς, ἦλθε πρότερον εἰς τὸ Παρύσιον πρὸ ἐτῶν τεσσαρῶν.*

1. Lib. 9, c. 13. — 2. Cap. 240. — 3. Leunclavius, in Pand. Turc. c. 51. — 4. Tabella 6. — 5. In Alex. l. 1, n. 3. — 6. Ad Niceph. Gregor. edit. Basil. an. 1562. — 7. Tabella 7.

## LXXVII (LXVIII).

## MEDALLIÆ JOANNIS ET CONSTANTINI PALÆOLOG.

Spuriis igitur nummis, ut diximus, nummum accensemus, qui revera non est nummus Joannis Palæologi Manuelis filii, exaratum in medallionis formam a Victore Pisano<sup>1</sup>. cujusmodi complures alios sculptor ille egregius suæ ætatis atque etiam priorum sæculorum illustrium virorum imagines simili figura delineavit. Hanc autem Joannis, quam ex æreo illustrissimi comitis Joannis de Lazara Patavini, marchionis Nicolai filii, damus, sic commendat Paulus Jovius in epistola Italica ad Cosmum, ducem Florentinum, apud Georgium Vassarium<sup>2</sup>: « Oltra questo ho ancora una bellissima « medaglia di Giovanni Paleologo, imperadore de' Constan- « tinopoli, con quel bizzarro capello alla Greca, che sole- « vano portare gl' imperadori, et fu fatta da esso Pisano in « Fiorenza, al tempo del concilio d'Eugenio, ove si trovo il « prefato l'imperadore, ch'a per reverso la croce di Christo « sostentata da due mani, verbi grazia dalla Latina, et dalla « Greca. » Nummum denique<sup>3</sup> æreum expressimus Constantini Palæologi ultimi imperatoris ex museo ejusdem, cujus meminimus, comitis, super quo, ut spurio, multa multi commentati sunt, atque in iis Josephus Scaliger et Jacobus Gretzerus. Scaligeri dissertationem, quod in paucis foliis exarata rarior sit, nostræ subjecimus, omissa Gretzeriana, quod in spissioribus de cruce commentariis omnibus obvia sit.

## LXXVIII (LXIX).

## NUMMI HELENÆ NOMEN PRÆFERENTES.

Porro inter nummos quos exhibemus, vel qui in antiquariorum pinacothecis prostant, habentur aliquot, non incertæ quidem fidei, sed qui dubium præferant quibus sint adscribendi, seu, propter male formatas, detritas, vel denique contractas inscriptiones, vel interdum, quod nullam præferant, cujusmodi sunt non pauci ex inferioris omnino ævi nummis. Interdum etiam alii occurrunt, in quibus cum bini aut plures ejusdem nominis se se offerant augusti, vel augustæ, incertum manet utri debeant adscribi, in quibus maxime sunt Heleniani. Cum enim Helenæ augustæ nummi præferentes nomen ac titulos in eruditorum virorum gazophylaciis serventur complures, atque adeo in Regio octo ærei, non unius omnino figuræ vel ornatus, ac inscriptionis; vix tamen constans est, inter studiosos ejusce supellectilis nummariæ indagatores, cui debeant adscribi, matris Constantini Magni, vel Juliani Parabatæ, vel etiam Crispi, si quæpiam fuit, conjugii. Matrem Helenam augustam renuntiatam, ejusque effigie cusos a Constantino filio aureos nummos testantur Eusebius<sup>4</sup>, Sozomenus<sup>5</sup>, Nicephorus<sup>6</sup>, et Theophanes<sup>7</sup>, qui monetam *ὡς Βασιλίδι* attribuisse aiunt. Ejusmodi autem Helenianos aureos Romæ anno 1398 repertos auctor est Thomas Walsinghamus<sup>8</sup>: « Sub hoc anno, *inquit*, Romæ reperi- « tus est thesaurus Helenæ matris Constantini imperatoris, « sub quodam pariete ruinoso. Ipsa vero moneta aurea « signata fuit imaginibus dictæ dominæ, habens in circulo « nomen ejus scriptum: et valuit una petra xx. sol. de nos- « tra moneta. Cum quo thesauro postea papa fecit reedificari « Capitolium, et Castellum Sancti Angeli. » Est autem *petra*, ponderis Anglicani species, constans duodecim libris, ut libra quindecim unciis<sup>9</sup>: quæ quidem *petra* vulgo in lanipendiis etiamnum usurpatur. Enimvero aurei cujuslibet Helenæ nummi rariores sunt æreis, quorum perinde, ut diximus, inscriptiones, atque etiam capitis ornatus diversitatem quandam arguunt. A binorum quidem<sup>10</sup>, qui hosce characteres præferunt, FL. HELENA AVGVSTA, in aversa vero facie. SECVRITAS REIPVBLICAE, prior, nitidissimus, Helenæ caput exhibet tectum nescio qua calyptra desuper reticulata, et in cassidis modum protensa, quæ aures ipsas ac capillos tegit, præterquam eos qui fronti superfunduntur. Ubi fortasse *mitræ*, vel *mitellæ*, quas *crispantes* vocat sanctus Hieronymus<sup>11</sup>, quibus *vertex artabatur innoxius*, exprimuntur, vel *turriti alienis capillis vertices*, de quibus idem scriptor, et Tertullianus hisce verbis: « Affigitis præterea nescio quas « enormitates sutilium atque textilium capillamentorum, « nunc in galeri modum quasi vaginam capitis, et opercu-

1. (\* Bottarius emendat, *Andrea Pisano*.) — 2. In Vitis Pictor. — 3. Tabella 4. — 4. L. 3, de Vita Const. c. 46. — 5. L. 2, c. 1. — 6. L. 8, c. 34. — 7. An. 20, Const. — 8. P. 356. — 9. Fleta, l. 2, c. 12, § 1, cap. 79, § 10. — 10. Vide Relat. de monte Libano. — 11. Epist. 10, 23, Id. Epist. 7; Tertull. lib. de Cultu femin.



« lum verticis, nunc in cervicem retro suggestum. » Alter Helenam prodit duplici unionum linea caput cinctam, crinibus ad aurem contractis ac collectis, crispatis aliis fronti imminentibus, uti ferme omnes alii; ita tamen ut superior capitis pars tecta perinde videatur. In tertio qui pro lemmate habet, FL. HELENA AVGVSTA, et in postica, PROVIDENTIAE AVGG. Helenæ capitis pars superior tota reticulo videtur tecta, quod limbulo unionum linea exornato continetur: sic ut ad sinciput, et ad aures, crinibus subsit limbulus, iis tantum circa frontem crispatis et annulatis exstantibus. Aliorum trium nummorum Helenæ nomen præferentium variis itidem in capite et capillis ornatus. His vulgo pro inscriptione est in antica facie, FL. IVL. HELENÆ AVG. in postica vero, PAX PVBLICA. Ac prior quidem nescio quam diadematis speciem præfert, quæ ad sinciput latior, ad aures vero, ubi capilli in orbem contrahuntur, ætior, caput stringit: ita tamen ut quæ latior est extra caput promineat, uti solent laureæ corollæ in augustorum nummis, crispatis crinibus frontem adornantibus. Diadema autem seu limbus, nisi capillorum contextus vel *σείρα*, uti vocat Naumachius, seu, uti dicimus, *trechia* sit, unionum sero in medio discernitur. Neque multum diversus est alter, nisi quod limbulus, qui, ut et prior, ad sinciput in duplex cornu evadit, rarioribus margaritis videtur distinctus. In tertio denique, cujusmodi binos alios servat Gazophylacium regium, Helenæ caput latiore diademate unionibus et lapillis distincto stringitur, capillis ad aurem contractis, et ad frontem crispatis eminentibus. Præter istos Helenæ nummos, alium aureum titulo et capitis ornato prorsus diversum exhibent Octavius Strada, Tristanus<sup>1</sup> et Chiffletius<sup>2</sup>: is enim Helenam representat absque ullo capitis ornato, capillis tantum ad occiput collectis et nodatis, cum hac inscriptione, FL. HELENA MAX., seu, ut habet Strada, HELENA MAX., ut Chiffletius denique, HELENA FL. MAX., nisi legatur, FL. MAX. HELENA. In aversa parte stella conspicitur. Ex hac igitur inscriptionum et habitus seu capitis ornatus diversitate tres Helenas confecit idem Chiffletius, quibus totidem istius modi nummorum species adscribit: ac eos quidem in quibus SECVRITAS describitur, Helenæ Constantini matri tribuit: alterum Helenæ Maximæ Crispi uxori; eos denique qui Flavie Julie Helenæ nomen præferunt, Helenæ Juliani imperatoris conjugii; atque id quidem levioris quantumlibet momenti argumentis stabilire nititur. At Wilthemius<sup>3</sup>, quem Chiffletius Juliani uxori tribuit, Constantini matri adscribit, quod, ut ait, in nummi parte aversa crux efficta conspiciatur. Is est quem ex Helenianis quartum delineari curavimus, cujusmodi asservatur æreus in Gazophylacio regio. In quo quidem æreo ita crux efficta conspiciatur, ut rectus stipes paulo versus figuram curvetur. Et sane si revera crux est, Juliani uxori haud potest adscribi, quæ, ut conjux, deorum cultui addicta, Isidis etiam effigie in nummis suis expressa conspiciatur, ut censet Tristanus. Ita nummi quos idem scriptor, quem etiam secuti sumus in descriptione nummorum Constantii Chlorig, Helenæ matri attribuit, neptis fuerint, seu Juliani uxoris. Nam et titulorum diversitas, diversarum augustarum nummos esse arguit. Ac titulorum quidem in eo varietas deprehenditur, quod priores tres nummi, FL. HELENAM AVGVSTAM, tres alii, FL. IVL. HELENAM, aureus denique Tristani et aliorum, FL. HELENAM MAX. appellant: etsi ex veterum nummorum inspectione satis constet variatos interdum augustorum titulos, ita ut validum omnino ex hoc minime conficiatur argumentum. At in tribus posterioribus primo observare est Helenam Julie prænomine donari, quo modo in inscriptionibus<sup>4</sup> Helena Constantini mater: deinde inscriptionem secundo aut tertio casu poni, ita ut si cum secundo monetæ nomen subintelligatur, si cum tertio in Helenæ matris honorem cusos a filio Constantino nummos liceat suspicari, cui præterea PAX PUBLICA adscripta censeripotest, quod ea procurante, Ecclesiæ Christianæ, damnata in Nicæno concilio Ariana hæresi, pax revera reddita sit. Nam et anno 20 Constantini, quo illa a filio augusta appellata dicitur a Theophane, Nicænam synodum celebratam constat. Sed et non minime sententiam hanc firmant expressa in nummis istis diademata, cum coronata a filio Constantino matrem Helenam tradat idem Theophanes, augustam renuntiatam Eusebius et alii. Nam in sexto nummo lapillis et margaritis distinctum diadema prorsus effingi videtur, nisi quod vittis caret. Sed quod dubium in hisce conjecturis ingerit, illud est potissimum, quod in omnibus ferme, iisque præsertim qui nitidiores sunt, augusta effingatur junior ac formosa, quod in Helenam matrem vix quadrat, quæ anno vicesimo Constantini, cum augusta dicta est, et cusi ejus nomine sunt

nummi, si Theophanem audimus, tum ætate provector erat. De Flavia Helena Maxima, et an illa Crispi uxor fuerit, non minor est difficultas, quam attigimus in Crispi elogio. Utcumque sit de nummis istis Helenianis, quos una omnes Constantini Magni familiæ subjecimus, ut cuique liceat inspicienti quod ariserit statuere, id constat ex iis inditam a vulgo *sanctarum Helenarum* appellationem omnibus ferme numismatibus augustorum Constantinopolitanorum ævi inferioris, maximeque iis quos ejusmodi rerum studiosi, propter male formatos characteres, aut vultus ipsos, vel quod nihil exquisitum contineant, solent aspernari. Quod inde forsitan originem habuit, quod non Helenæ duntaxat, ut divis adscriptæ imagines, sed et crucigeros omnes nummos, sacri phylacterii aut encolpii vice, ad collam quilibet appenderet: unde nummorum ejusmodi plerosque videmus perforatos. Quod quidem etiam ante Constantinum obtinuisse observare est ex iis quæ in Anastasi Chiffletius<sup>1</sup> annotavit: tametsi id potissimum tum primum profuxisse censendum sit ex nummis Helenæ Romæ in ejus Thesaurio inventis, quæ fortassis summus pontifex, ut feminæ de Ecclesia bene meritæ, distribuerit. Harum vero sanctæ Helenæ monetarum vim mire commendat Bosius<sup>2</sup>, atque præsens esse remedium adversus comitalem morbum.

## LXXIX (LXX).

## NUMMI UTRIVSQUE THEODOSII.

Qui Theodosii nomen præferunt et titulos nummi, seniori-ne an juniori adscribi debeant non perinde planum est definire: cum in iis vultuum delineatio non adeo sit exacta, priscorum nempe monetariorum intercidente, tum peritia ac arte, ut utrius sit liceat advertere. In iis tamen bini sunt aurei, quorum alter SALVS REIPVBLICÆ, alter, VOT. XXX. MVLT. XXXX., qui indubitate junioris sunt, cum prior par consulum referat, ipsius Theodosii et Valentiniani, uti supra observatum, alter non nisi juniori attribui queat, cum senior anno imperii sexto-decimo obierit, ac proinde vicennalia non attigerit, quæ hic describuntur per vota tricennaliorum. Cum vero bini isti nummi Theodosii protomen cum casside, spiculo, ac clypeo præferant, haud inani fortasse, tametsi vix prorsus certa conjectura, similis figuræ nummos juniori, cæteros in quibus figura lusca exprimitur augustus, seniori adscripsimus.

## LXXX (LXXI).

## NUMMI UTRIVSQUE JUSTINI.

Neque minor est difficultas in discernendis utriusque Justiniani, senioris scilicet seu Thracis, et junioris, qui et Europa-lata vulgo appellatur, nummis. Eos qui imperatorem plena facie exhibent cum camelancio, clypeo, spiculo, vel globo, seniori adscripsimus, quod cum satis sint bene expressi aut formati, non ea nobis viderentur ætate cusi qua barbaries in orbem romanum invecata est, maxime ævo Justiniani et Justiniani nepotis, quod præ cæteris evincunt eorum nummi, pessime effigati, siquidem Justiniani junioris sint quos ei adfluximus, lusca plerique facie, sed levi, fateor, conjectura: cum in iis qui plena facie sunt exstet æreus qui cusus annotatur Constantinopoli anno decimo imperii, quem vix attigit, cum anno nono, mense secundo extinctum prodat Marcellinus comes, tametsi cusus dici potest decimo ineunte imperii. Qui vero Justiniani imperatoris nomina, eumque una cum uxore augusta in eadem sella sedentem, præferunt, indubitanter juniori attribuimus, cum in iis sint qui annum imperii quo cusi sunt duodecimum adscriptum habeant, adeo ut inde firmari possit annus imperii Justiniani junioris quo excessit, de quo controversia est apud veteres scriptores<sup>3</sup>. Ex eo etiam abunde docemur errare quosdam, tradentes in hisce nummis Justinum seniore et Justinianum exhiberi, cum Justinianus cæsar sub annum Justiniani sextum, augustus vero mensibus quatuor ante ejusdem obitum renuntiatum sit, ac proinde collega imperii exhiberi non potuerit anno secundo imperii avunculi, uti præferunt ii nummi qui præterea seniori non possunt adscribi, cum Euphemiæ augustam superstitæ Justiniani seniore conjugæ extinctam palam sit ex scriptoribus. Deinde in his nummis uxor imperatori adjungitur anno imperii duodecimo, quem non attigit senior, sed

1. Tom. 3. — 2. In Anast. — 3. In Icon. Const. M. et Helenæ. — 4. Gruter.

1. In Anast. p. 269, 275, 276. — 2. Bosius, l. 15, de Sig. Eccl. sig. 68, c. 12. — 3. Vide Stemma Justiniani.

junior, cui Sophia uxor superstes fuit. Feminam esse quæ Justino adjungitur (nam in plerisque adeo sunt attritæ ac evanidæ effigies, ut certum aliquid super hac re elici vix queat) ostendit diversitas gestaminis: nam Justinus globum crucigerum dextra gerit, imperatrix vero crucem oblongiorem sceptri vice, non vero ramum aureum margaritis et unionibus distinctum, quomodo deferre solitas augustas senescente Græcia tradit Codinus<sup>1</sup>. Nam qui ex Octaviano Sada proferuntur ab Alemanno<sup>2</sup>, male a scalptore descripti sunt, cum et in iis Justinus barbatus, et quæ adjungitur effigies veluti adolescentis effingantur: priori crux, alteri virga, in dextra, utriusque vero in sinistra globus tribuantur; cum Justinianus, quem exhiberi putat idem Scriptor, non adolescens, sed plena jam ætate et cæsar et augustus dictus sit; ita ut quos Alemanno inspiciendos præbuit Sada, non diversi sint ab iis nummi quos adscripsimus Justino juniore. Verum longe major est difficultas in enodandis aliquot aliis æreis, quos hisce subjunximus. hac tantummodo fulti ratione, quod ejusce ætatis videantur, cum ex characteribus qui in iis describuntur, licet in quibusdam sat perspicuis, vix quicquam divinari possit. In iis vero bini effinguntur imperatores, vel saltem imperator, cui adsidet augusta conjux, nam facies in omnibus (octo vidimus) ac vestes fere evanidæ sunt, uterque simili diademate conspicui globum crucigerum in medio sustentant; altero dextra, altero sinistra bacillum seu sceptrum gestantibus. Omnes pene Thessalonice cusu characteres anomalos representant, quidam hosce male formatos. VTLIAT—TSPP AVG. quidam, ASS—VNV V, alii—ACVCS. alii—OSIAN alii denique—ALO9NO. In postica autem horum facie anni imperii adscribuntur II. IIII. VI. et VII. adeo ut Justino Seniori et Justiniano adscribi vix debeant, cum Justinianus, ut diximus, anno Justini 6 aut 7 cæsar dictus sit ab avunculo, uti testatur Victor Tunnensis: « Post consulatum II Justini et Apionis, Justinus augustus « Justinianum nepotem suum ad senatorum supplicationem « invitus cæsarem facit. » Incidit autem consulatus Justini secundus in annum 524, quo Julii 9 imperii annum septimum inibat: unde conficitur anno ejus quinto Justinianum ut avunculi collegam in nummis effingi non potuisse. Sed de hisce nævis lector ac inspector ipse per nos licet decernat. Iis præterea nummis duos aut tres alios æreos subjunximus, Justinoque adscripsimus, nulla alia ferme conjectura quam quod imperatorem et imperatricem exhibeant cum hisce characteribus, DN IV—AAE. et hisce, infra eandem effigies, VITA., in aversa vero facie K. cum hisce ANNO VIII. KAR. Unde colligitur Karthagine cusum fuisse, ac proinde saltem ante an. 698. quo in Saracenorum potestatem venit Carthago, Leontio imperante: nisi per IV. Justinianus Rhinotmetus intelligatur, antequam a Leontio imperio deturbatus fuisset. Tertium, nullis characteribus insignem, altera facie imperatorem, altera augustum exhibentem, quod eorundem videantur ac priores, pariter subdidimus, ut liceat cuique perinde de iis judicium statuere.

## LXXXI (LXXII).

## NUMMI CONSTANTINI ET CONSTANT EX FAMILIA HERACLIANA.

Sed præ cæteris jure negotium facessunt Baronio, Gretzero, aliisque in re nummaria peritis viris, numismata aurea et argentea quæ CONSTANTINI ET CONSTANT. nomina præferunt, æreaque alia ejusdem typi nullis characteribus insignita, non una tamen omnia figura, sed diversa. Ac primum quidem ex iis quæ delineari curavimus æreis, altera facie, imperatoris cum promissa satis barba protomen exhibet; altera columnam, vel litteram I. cum hisce characteribus, ANNO I. qui cusum anno imperii primo declarant. Bina ejusdem typi servat gazophylacium Sangenovefanum. Tria exinde alia aurea habentur in Regio, in quorum antica facie duorum pariter imperatorum sunt *στυβόρια*, quorum prior cum promissa et lata barba, alter barbæ primam lanuginem indutus visitur, cum hisce characteribus, qui in quibusdam ex iis adeo minusculi et pessime formati, ut puncta potius dixeris quam litterarum apices: DN CONSTANTIN S (alii habent ET) CONSTANTIC. In aversa parte crux habetur, gradibus insistentis, cum inscriptione male pariter exarata: VICTORIA AVGVST. et CONOB. Ejusdem ferme typi binos aureos Regios, et argenteum unum gazophylacii Sanctæ Genovefæ damus: nisi quod imperatoris *pogonati* diademati crucigero additur

nescio quæ calyptræ species, *camelaucium* forte, cum hisce characteribus, DN. CONSTANT. In postica crux altior globo insistit, ad ejus latera bini imperatores cum globis crucigeris stant, prior altior barbam, non tamen promissam, indutus, alter ut puerulus effinguntur, cum hisce characteribus, VICTORIA AVGVST. CONOB.; ita ut in hocce nummo quatuor a se invicem diversos imperatores effictos par sit credere. Argenteum præterea delineamus, qui est ejusdem gazophylacii Sangenovefani, in ejus antica idem cum barba promissa imperatoris vultus, et cum simili, ejus mox meminimus, calyptra, ac globo crucigero, et hisce in circuitu characteribus pessime descriptis. VICTORIA AVGVST. In postica tres stant imperatores, cum stemmatibus et globis crucigeris: medius, altior, cum barba, non tamen promissa; qui ad dexteram est, ut puerulus; qui vero ad sinistram, medio altitudine cedens: infra. CONOB. Diversi alium aureum typi exhibemus, in quo tres consistunt imperatores: medius, et altior, cum promissa barba: qui ad dexteram est, ut puer; qui ad sinistram, ut adolescens efficti. In aversa facie crux insistentis gradibus effingitur, cum eadem semper inscriptione, VICTORIA AVGVST. CONOB. Ejusdem typi prostat alter æreus, præterquam quod in aversa facie annus imperii vicesimus describitur, et Ravennæ cusus innuitur. Damus præterea æreos alios nullo conspicuos lemmate, quorum facies altera imperatoris cum barba promissa *προτομην*, altera litteram majusculam M. cum tribus, ad latera et caput literæ, imperatorum *στυβόρια*. Delineari denique curavimus nummum æreum, in ejus latere altero imperator iste pogonatus, militari habitu, spiculum teret, cum imperatore alio tunicato ad sinistram stante: in altero annus XXI designatur, quo cusus Constantinopoli. In alio perinde æreo ejusdem Ravennæ cuso, barbatus idem imperator captivum pede dextro proculcat. Atque hi omnes et similes pene typi pessime omnino effigati sunt nummi, quos, tametsi alicujus ex Heracliana familia imperatoris ex numismatum istius ævi collatione esse pro certo haberi debeat, cui tamen adscribendi non plane constat. Cum enim is Constantinus dicatur, pluresque in eadem Heraclii gente occurrant hac nomenclatura augusti, vix tamen ex iis aliquis reperitur cui et typi et augustorum una ac simul imperantium qui in iis effinguntur numerus, ut et adscriptæ denique imperii annorum notæ conveniant. Nam ut numismatis auctor retegatur, necesse est ut demus aliquem Constantinum qui anno imperii primo ejus fuerit ætatis, ut barbam induisse sat promissam dicendus sit, uti exhibetur in primo numismate, in quo cum solus appareat et unicus, tunc temporis imperii collegam non habuisse colligitur. Necesse est præterea ut is Constantinus binos habuerit postea augustæ dignitatis collegas sat adultos, utpote pogonatos sub extremos imperii annos, quos ad vicesimum secundum produxisse quædam ex iis satis declarant, cum alia annos XV. XVII. XX. et XXI. præferant. Nec scio, uti mox observatum, an in aliquot ex iis nummis interdum quatuor diversi efficti sint augusti, qui una imperaverint, quod ex argenteo potissimum, in quo ejus qui medius stat inter binos alios barba non tam promissa, ac est illius qui in antica describitur. Denique ut ejus sint istiusmodi nummi plene doceamur, necesse est ut aut filium qui ut puerulus interdum effingitur, aut fratrem collegam *Constantem*, aut certe *Constantinum* is habuerit: nam cum alterius istius augusti nomen haud omnino exaratum sit, incertum manet *Constans*-ne an vero *Constantinus* appellatus fuerit. Enimvero, ut expendamus cui ex Heracliana familia possint adscribi, primum quidem Heraclio juniore, qui et *Constantinus* nuncupatur in parentis Heraclii nummis, et apud scriptores, uti monemus infra, tribui non possunt; siquidem is diebus centum et tribus post patris excessum tantum regnavit, licet ab eo imperator dictus et coronatus anno Christi 613, annos 28 et dimidium, imperasse dicatur. Quamvis enim filium habuerit *Constantem*, præterquam quod superstite patre ejus solius nomine ac effigie nulli formati nummi, anno imperii primo barbam induisse dici non potest, qui in cunis existens diademate donatus est. Heraclius porro junioris filius, cui et *Constantini*, cum imperator est appellatus, nomen a populo impositum dicitur, et quem a scriptoribus aliquot *Constantem* appellari monemus, revera annos regnavit viginti-septem: adeo ut vicesimus secundus imperii annus in nummis istis descriptus convenire eidem queat. Deinde *Constantinum* Pogonatum filium habuit, præterea Heraclium et Tiberium liberos alios, quos forsitan corona superstes donaverit, et in nummis secum effingi voluerit. At cum imperator dictus est anno 641, vix ætatis decimum excesserat, utpote natus anno 630. Atque ita primo imperii anno barbatus exhiberi non potuit. Neque vero quomodo Constantino prioris filio convenire possint eadem numismata, omnino percipere licet. Favet sane promissa barba, a qua is cogno-

1. De Off. c. 17, n. 25. — 2. Ad Procop. p. 42, 44, edit. 1.



men accepit: favet quod ætate maturior imperium capessivit. Nam imberhem in Siciliam patris necem ulturum profectum aiunt, inde barbatum reversum, Πωγωνάτου adeptum cognomen<sup>1</sup>. Favet quod Heraclium et Tiberium, fratres, vel quod filios duos habuerit, Justinianum Rhinotmetum, et Heraclium. Sed obstat quod imberbis dicatur fuisse primo imperii anno, quo is Constantinus barbam etiam promissam induerat; deinde quod anno imperii decimo septimo obierit, ac denique quod nullos *Constantini* aut *Constantis* nomine filios aut fratres habuerit. Quis igitur ita felix ut nodos istos intricatos solvat. Sane Pogonati parenti magis convenirent ejusmodi nummi, nisi obstaret annus imperii primus in iis adscriptus, in quibus plena jam ætate barbatus apparet: cum et *Constantinum* filium habuerit, imperii forsam collegam, etsi hac de re sileant scriptores: præterea *Heraclium* et *Tiberium*, quos saltem post patris excessum imperatores appellari voluisse plebem tradunt historici, quod fortasse etiam hac dignitate donati fuissent patre adhuc superstite: ut proinde in nummorum aureorum facie antica *Constantinum*, qui et *Constans* dictus, cum filio *Constantino* Pogonato; in aversa vero *Heraclium* et *Tiberium* effictos par sit credere. Quid denique si nummus, qui primum imperii annum designat, eidem Pogonato attribuitur, cæteris Constantino parenti adscriptis, ut uterque barbam promissam induerit? Sed cum in hisce difficultatibus fateamur ultro nos cum doctoribus cæcutire, aliis quibus otium erit, et felicior aura aspiraverit, has examinandas relinquimus; ut Constanti tamen potius quam Pogonato filio ejusmodi nummos pogonatos attribuerimus, id potissimum causæ fuit quod ex iis qui Constantini nudum nomen præferunt, tres ejusdem typi æreos servet gazophylacium Sanctæ-Genovefæ Parisiensis, in quorum adversa parte subscriptæ hæ leguntur literæ, CRTS, quas sic interpretari licet, ut in Mauricii numismate. *Carthagine signata*: quod quidem si ita se res habet, nummi isti Constantiniani Copronymo non possunt adscribi, cum antea, Leontio scilicet imperante, Carthago in Saracenorum venisset potestatem: longe minus etiam Porphyrogenito Leonis Philosophi filio, cujus præterea nummorum facies diversa prorsus fuit.

## LXXXII.

## NUMISMATA ΤΡΙΚΕΦΑΛΑ.

Hoc porro loco observare licet numismata imperatorum, ex Heracliana maxime familia, quæ tria capita præferunt, τρικέφαλα appellari in artis notarice formularum commentario, qui τύπος τέχνης τῶν γραμματέων inscribitur, servaturque in Bibliotheca Regia, ex quo sententia excerpta Salmasius<sup>2</sup>: Καὶ κατεβλήθησαν ἀπὸ τῶν σὼν χειρῶν εἰς τὰς χεῖρας μου τρία νομίσματα τρικέφαλα. Ubi quæ hic τρικέφαλα, deinceps ὑπέρπυρα dicuntur; unde monetas aureas fuisse licet conjicere. Neque forte alia fuere τρικέφαλα quæ in die sancto Paschatis a patriarcha Constantinopolitano dabantur, ut habet Balsamon<sup>3</sup>: αὐτὴν quippe diebus catecheseon post dominicam τοῦ τελώνου, θυμιάματα, seu incensa, ἀντὶ ῥογῶν καὶ βαίῶν, in festo Palmarum, seu τῶν βαίῶν, cereos et cruces; rursum magna feria quarta cereos et incensa; denique in festo Paschatis ἀσπασμοὺς καὶ τρικέφαλα dari. Quo loco Meursius τρικέφαλα, nescio quid die Paschatis in signum lætitiæ ob resurrectionem Dei trini populo dari solitum a patriarcha interpretatur. Leo Allatius<sup>4</sup> qui Balsamonis verba refert, de vocis significato prorsus silet. Sed cum *rogam*, quæ in hebdomadæ τῆς ἀπόκρουσος pro more exhibebatur, in magnæ feriæ tertie anniversariam *rogam* rejectam fuisse scribat idem Balsamon, quod ex *Rogatus* se didicisse ait, seu libris in quibus nomina scripta erant eorum quibus erogabantur *rogæ*, videtur vero simile Balsamonis ætate *rogas* easdem distributas die Paschatis, atque adeo τρικέφαλα, id est, nummos aureos. Ἀσπασμοὺς autem hoc loco *oscula* interpretatur Allatius: sed vereor ne ἀσπασμοὺς idem sit cum *roga*, quo modo *salutaticum* et *salutes* dixit Latinorum inferior ætas, ut suo loco docemus. id sane suadere videntur glossæ Gr. Lat. ἀσπασμοὺς, *salutatio*, *amplexus*, *rogatura*. Ubi pro *rogatura* legendum forsam *roga*, *thura*, nempe donativum, et θυμιάματα, seu salutatio cum incenso. Neque enim apud Balsamonem, per τρικέφαλον, *tricipitem*, seu trisulcum cereum quem Græci τρικέφαλον vocant, intelligi velimus asserere, quem εἰς δόξαν καὶ τύπον τῆς ἁγίας τριάδος formatum scribit Symeon Thessalonicensis<sup>5</sup>, cum hac notione vox ista neutiquam reperiatur usurpata. Ut igitur olim

*tricipitina* triumvirorum collegium appellavit Varro, quod eorum capita in una eademque nummi facie exarata essent, ita Byzantini numismata tribus imperatorum capitibus insignia τρικέφαλα nuncuparunt.

## LXXXIII (LXXIII).

## NUMMI REGUM GOTHICORUM ITALIÆ.

At cur Gothicorum regum Italiæ, qui sub Anastasio, utroque Justino et Justiniano floruerunt, nummos qui supersunt, aut quos videre contigit, eorundem augustorum nummis, in laudato nostro opere subjecerimus, juvat lectorem admonere. Ea vero potissimum causa fuit, quod horum plerique augustorum effigies et nomina præferant, in aversa vero parte regum istorum exarata nomina et titulos, quod, ut non ita pridem monuimus ad Joinvillam<sup>1</sup>, Byzantinis principibus quodammodo obnoxii, hac Italiam conditione possiderent, ut ipsos tanquam supremos dominos agnoscerent, monetamque eorum imagine cuderent, nominibus suis iisdem tantummodo inscriptis. Ejusmodi igitur sunt qui Anastasi, Justini, et Justiniani effigies et nomina præferunt, cum horum regum nominibus: atque adeo, ni fallor, ærei complures<sup>2</sup>, Justini, solius imagine et nomine insignes (qui ideo forte seniori, non juniori adscribi debuerant), qui in aversa parte monogrammata minuscula RD. aut similia habent: quod ex eo potissimum colligere licet, quod in nummi, qui Justini effigiem et nomen præfert, parte postica, circa idem monogramma, describatur hoc lemma, INVICTA ROMA, quod qui eorundem regum nomina et imagines representant similem habeant inscriptionem, cum iisdem augustis imperantibus, Roma gothicis regibus pareret jam ab ipso Honorio, sub quo in Alarici et Gothorum potestatem venit<sup>3</sup>, a Belisario ad Romanum imperium tandem revocata, Justino Cos. Ind. 3. Gothicorum Italiæ Regum monetarum meminit Additamentum secundum Burgundionum<sup>4</sup>. « De monetis solidorum præcipimus custodire, ut omne aurum quodcumque pensaverit accipiatur, præter quatuor tantum monetas. Valentini mani. Genavensis, et Gothium, qui a tempore Alarici regis adæratæ sunt, et Ardaricanos. Quod si quisquam præter istas quatuor monetas aurum pensatum non acceperit, quod vendere volebat, non accepto pretio perdat. » Ubi monetæ Gothium, pro Gothorum, dicuntur. At, pro Ardaricanos, editio Tiliana<sup>5</sup> Ardaricæ annos præfert. Ardaricanos vero non alios esse existimare licet ab Alaricanis, et forte ita legendum. Alarici autem nummos aliquot exhibuimus. Genavensis autem moneta hoc loco appellatur, quæ regum Burgundionum fuit, et in urbe Genevensi cudebatur: nam Geneva regum Burgundiæ sedes fuit, et colligitur ex Fredegario<sup>6</sup>. Denique nummi Valentiniani iidem sunt quos Gundebadus in præfatione ad Legem Burgundionum Romanos vocat.

## LXXXIV (LXXIV).

## NUMMI EXARCHORUM RAVENNATUM.

Delineavimus denique nummos alios aliquot æreos Ravennenses, quos Ravennæ exarchorum esse, vel certe ab iis cusos existimamus, ac proinde Mauricianis subjecimus, quo imperante exarchi isti potissimum floruerunt. In horum plerisque imago pectoralis effingitur feminæ, caput corona murali exornatæ, cum hac inscriptione, FELIX RAVENNA. In postica ejusdem urbis monogramma describitur, R., scilicet cui A implexum est et E. In aliis aquila cum alis expansis conspicitur, imperii romani signum forsam effingens.

## LXXXV (LXXV).

## DE CHARACTERIBUS BARBARICIS.

Jam vero priusquam partem hanc de numismatibus Byzantinis absolvamus, præstat de immutata characterum forma, et quando barbaries in iis inducta fuerit, aliquid obiter observare. Inclinate enim imperio, ex quadratis et uncialibus literis, quæ olim obtinuerant, abolitæ aliquot, et vicissim novæ subrogatæ barbaricæ, quas incertum an a Gothis, barbarisque aliis nationibus acceperint cum Græci tum La-

1. Joel. — 2. L. de Modo usur. p. 342. — 3. De Incens. Patriarch. die Catechesis. — 4. De Domn. et Hebd. Gr. c. 9. — 5. P. 223, Gretzer. in Horto S. Cruc. part. 4, c. 21, Goar. ad Euchol.

1. Dissert. 23, p. 92. — 2. Constant. Landus, p. 135. — 3. Marius Aventic. — 4. § 6. — 5. § 7. — 6. Epit. c. 18, 34.



tini : an vero sculptorum aut scriptorum vitio, collabente pristina liberalium cæterarumque artium solertia, sensim id inductum existimari debeat. Atque eæ maxime in nummis imperatoris Justiniani conspici incipiunt : sub quo, et imperatoribus qui eum deinceps exceperunt, effusi undique barbari Romanum omne imperium pervaserunt. Tum quippe novi hi characteres in eorundem augustorum observantur nummis barbarica quadam efficti forma, et hactenus minime visa : idque præsertim licet intueri in characteribus latinis, B. D. E. M. N. T. V., qui semper nova et insolenti, imo barbara, figura efformantur, adeo ut non immerito Michael Μεθυστης imperator in epistola ad Nicolaum I PP. ' linguam latinam, *barbaram et Scythicam* appellasse videri debeat, quam Græci ipsi, illius fere penitus ignari, perinde ac insignis elegantiae, omnino deturparant. Neque apud Byzantinos duntaxat obtinuit hæc scriptionis ratio, sed et apud Gothicos in Italia reges, atque adeo apud Gallos seu Francos nostros, quod ex regum Franciæ monetis, veteribusque monumentis colligitur : sic ut Claudius Buterous<sup>2</sup> ex variis, quos in iis observarat, characteribus, novum inde alphabetum sibi conficiendum putaverit. Sed nihil, si non artium omnium, certe monetariæ præsertim, postremis hisce sæculis, interitum tantum arguit, quam pessime in nummis augustorum, aliisque, formatae effigies. rudi adeo stylo, ut virorumne sint an feminarum non proclive sit conjicere. Quinetiam in plerisque characteres ipsi qui in circulis describuntur, punctorum potius quam literarum speciem præferunt, ita ut sæpe nobis divinandum fuerit, ut aliquid expiscaremur, quod sane non sine labore adhibitaque similis typi nummorum collatione exegimus : unde si alicubi a nobis erratum est in male adscriptis auctoribus suis numismatibus, ab ejusmodi quisquiliarum amatoribus veniam nos facile consecuturos confidimus.

## LXXXVI (LXXVI).

## SOLIDUS AUREUS.

Ex quatuor dissertationis hujus partibus, tribus hactenus exactis, quarta et postrema superest de monetarum Byzantarum propriis appellationibus ; de quibus cum quædam etiam attigerint qui de numismatibus scripserunt, in iis quæ obvia, vel ab aliis dicta sunt, ita versari nobis visum est, ut ea levi calamo perstringamus, reliqua majori cum disquisitione investigaturi. Monetarum igitur aliæ majores, aliæ minores ; aliæ denique aureæ, aliæ argenteæ, aliæ æræ : harum etiam interdum non una forma. Atque ut ab aureis ordiamur, *solidum* appellantur, aureum nummum, nova nomenclatura, cum ante Diocletiani tempora vix receptum observaverit Josephus Scaliger<sup>3</sup> : ita ut incertum sit an Lampridius, qui Constantini M. ævo vixit, cum in Alexandro Severo hac voce usus est pro aureo, ut sui sæculi vocem usurparit. Serius etiam receptam innuit Isidorus<sup>4</sup>, scribens « solidum apud Latinos alio nomine sextulam dici, quod de « iis sex uncias compleantur, huncque vulgus aureum solidum « vocare. » Vetus Agrimensor<sup>5</sup> : « Veteres solidum, qui nunc « aureus dicitur, nuncupabant. » Sane Constantinum ipsum, et qui proxime successere, ita solidum accepisse docent eorum Constitutiones<sup>6</sup>. Auctor Queroli, loco supra laudato, ut cæteros omittam : « Quid tam simile quam solidus solidus ? Etiam « hic distantia quæritur in auro, vultus, ætas, et color, nobi- « litas, litteratura, patria, gravitas, atque ad scriptulos « quæritur in auro plus quam in homine. » Solidus autem Constantinianus fuit quaternorum scriptulorum ita ut septem uncias appenderit. Unde conficitur octoginta quatuor solidos in libram auri tum computatos, ut argenti libram veterem apud Plinium<sup>7</sup> et Celsum<sup>8</sup>. At postea Valentinianus<sup>9</sup> senior, aucto jam auri pretio, septuaginta duos solidos in libram auri accepto ferri voluit. quæ quidem libra *occidua* appellatur in actis Sancti Marcellini PP. et in Synodo Suessana, locis a Baronio<sup>10</sup>, Scaligero, et aliis indicatis, quorum de vocis *occidua* nomenclatura variæ sunt sententiæ, quas expendit, sua etiam producta, Jacobus Gotofredus.

1. Nicol. 1. PP. Epist. 8. — 2. Pag. 379. — 3. De Re Nummaria, p. 52, 53. — 4. Lib. 16, Orig. c. 25. — 5. Pag. 332. — 6. L. 1, C. Th. Si quis solidi circuli. l. 1, de Ponder. l. 1, de Falsa moneta. l. 2, de Conlat. ær. etc. D. l. 1, de Ponderat. — 7. L. 33, c. 9. — 8. Epist. ad Natal. et l. 5, c. 17. — 9. L. 13, eod. Cod. de Susceptor. — 10. An. 302.

## LXXXVII (LXXVII).

## EXAGIUM.

Solidi porro *exagium*, seu pondus, inter Honorii nummorum typos in nostro de Stemmatis Byzantinis opere ex gazophylacio RR. PP. canonicor. regular. Sanctæ-Genovefæ Paris. delineari curavimus, ejusdem augusti nomine, et exagii appellatione inscriptum. Est autem *exagium* certæ ponderationis genus, inquit Cujacius. Hinc in glossis Græco-Latinis pro quavis pensatione sumitur : 'Εξάγιον, *pensatio*. Et ἐξαγιάζω, *examino, perpendo*. SVB EXAGIO PECORA VENDERE, in veteri inscriptione<sup>1</sup>. Cassianus<sup>2</sup> : « Sive illa quorum « pondus ac pretium ærugo vanitatis arrodens exagio senio- « rum adæquari non sinit. » Et Zeno Veronensis<sup>3</sup> : « Habetis « aginam, exagium facite, quemadmodum vultis ponderate. » Ab exagio formata vox *Exagella*, pro legitima et ad trutinam examinata parte hæreditatis, apud Ennodium<sup>4</sup>, et *Exagellario titulo* relinquere vel possidere, id est pensato et æquato, in Regula Magistri<sup>5</sup>. Ad exagium vero solidi pertinet Novella Theodosii junioris et Valentiniani de pretio solidi : « De « ponderibus quoque ut fraus penitus amputetur, a nobis « aguntur exagia, quæ sub interminatione superius compre- « hensa sine fraude debeant custodiri. » Atque ea sunt exagia solidorum, quibus inscripta erant augustorum nomina, ut in Honorii exagio. Inde postmodum invaluit, ut id vocabuli pro ipso solidi pondere usurpatum fuerit, quia solidus sexta pars uncia fuerit : ut apud Zonaram, scribentem Nicephorum Phocam imperatorem monetam imminuisse, cum hactenus quodvis numisma, id est, solidus aureus, exagium penderet, μέχρι ἐκείνου παντός νομισματος εξαγίου σταθμὸν ἔλλοντος. Exagium igitur usurpatum pro solido, seu solidi pondere : ex quo Saladinus, libro de Ponderibus, solidum solo nomine differre ab exagio ait, ut et poeta inferioris ævi in Glossario laudatus<sup>6</sup> : atque hac notione passim occurrit apud Constantinum Africanum medicum<sup>7</sup>, qui sub Alexio Comneno vixit. Exagii etiam crebra est mentio apud anonymum de Ponderibus Nicandro subjectum : ubi στάγιον scribitur, voce contracta ex στ', quæ ἐξ significat, et άγιον, licet non ab ἐξ deducatur, quod pridem ab aliis animadversum<sup>8</sup>. Hujus porro quod Honorii nomen præfert, et magni Peirescii, postea V. C. Achilles Harlæi, regii in supremo senatu parisiensi procuratoris, fuit, nunc est RR. PP. canonicorum Sanctæ-Genovefæ Parisiensis, et grana ex nostris.... appendit, figuram jam antea delineari curaverat Buterous<sup>9</sup>.

## LXXXVIII (LXXVIII).

## NOMISMA.

Quod vero solidum Latini sequioris ævi, Græci perinde recentiores νόμισμα appellantur, cujus quidem vocis varias notiones acute, ut solet, expendit Scaliger in posthumo de Re Nummaria libro. Quod enim Latinis pecuniæ signatæ nomine intelligitur, id Græcis νόμισμα dictum. Isidorus<sup>10</sup>, de Solido : « Ipse quoque nomisma vocatur, pro eo quod nomi- « nibus principum effigiebusque signatur. » Unde postmodum etiam pro forma, caractere, ac typo nummi usurpatum, ut ex Philostrato<sup>11</sup>, et aliis passim constat. Prudentius :

En Cæsar agnoscit suum  
Numisma nummis inditum.

Concilium Francofordiense an. 794. cap. 5, de Denariis : « Si « autem nominis nostri nomisma habent, et mero sint argento, « etc. » Sed crebrius pro aureo, ut in hac Constantini Constitutione<sup>12</sup> : « Quicumque adulterina fecerit nomismata, « pœnam pro discretionem sexus et conditionis suæ diversitate « sustineat. » Gregorius Turonensis<sup>13</sup> : « Dantes multa « numismatis aurei millia pro redemptione sua. » Ita etiam passim Græci Byzantini, Philostorgius, auctor Chronici Alexandrini, Theophanes, Leo imp. Nicetas, Pachymeres, et alii sine numero.

1. Graf. 647, 6. — 2. Coll. 1, c. 22. — 3. Serm. ad Neoph. 6. — 4. In Vita B. Epiphani. Episc. Ticin. — 5. Reg. Magistri, c. 91. — 6. Poeta MS. — 7. Constant. Afric. in libris de Morbor. Curat. — 8. Alciat. l. 2, Parer. c. 23. — 9. But. in nummis Francic. — 10. Lib. 16, Orig. c. 25. — 11. Philostr. l. 1, de Vita Apoll. c. 11. — 12. L. 1, Cod. Th. de Falsa moneta, etc. — 13. L. 4, Hist. c. 33, 37 ; Anon. l. 4, de Mirac. S. Ben. c. 26 ; Aimoin. ser. de S. Bened.

## LXXXIX (LXXIX).

## CHRYSINUS.

Solidos deinde istos aureos χρυσίνους appellarunt iidem Græci recentiores. Glossæ Gr. Lat. : Χρυσίνος, solidus. Phavorinus : Τὸ δὲ χρυσίνος μόνον αἰεὶ λέγεται, καὶ δηλοῦν νόμισμα τοῦ χρυσοῦ. Ita Constantinus Manasses Χρυσίνον et νόμισμα confundit :

Χρυσίνου γὰρ ὁ μέδιμνος ἀπεμπολεῖτο.

Et mox :

Δώδεκα γὰρ τὸ χρύσειον τὸ νόμισμα μεδίμων  
Ἐκέλευσεν ἀντάξιον εἶναι τοῖς σιτωνοῦσι.

Qua etiam notione vocem hanc usurpant Synodus Chalcedonensis<sup>1</sup>, Synesius<sup>2</sup>, Palladius in Vita Chrysostomi<sup>3</sup>, Dositheus<sup>4</sup>, Leo Philos. imp.<sup>5</sup>, Anna Comnena<sup>6</sup>, Zonaras, Nicetas, Cinnamus et alii. Leunclavius<sup>7</sup> : « Chrysinus Græcis a Chryso dicuntur, ut ab auro nobis aurei : quod imitati a Turci, suos sive ducatos, quod nomen a Venetorum ducibus a profectum arbitrator, sive sultaninos, ab altum vocavere a altum ler. » Inde formata vox ἡμιχρυσίνος, pro semisse aureo apud Michaellem Apostolium<sup>8</sup>.

## XC (LXXX).

## HYPERPYRUM.

Ut porro a χρυσῶ, χρυσίνους, ita ab obryzo, quod ὑπέρπυρον vocabant, eadem nomenclatura aureos sive solidos dixerunt : est enim Grammaticis ὑπέρπυρος, supra modum igni excoactum, quod obryzo potissimum adscribitur<sup>9</sup>. Aurum coctum vulgo in Cod. Theodosiano<sup>10</sup> et apud scriptores appellatur, quod ἀπεφθός χρυσός Themistio et Scholiasti Thucydidis dicitur, ἐξάπεφθος, Simocattæ, nisi legendum sit ἐξάπεφθος, aurum sexies coctum, seu recoctum, Anastasio Bibliothecario anti-pepthon : ita enim legendum in Leone III, uti in Glossario nostro monuimus. « Fecit aquamanus antipemto deauratas a paria duo » ; ut apud Rainerum, de Inventione Reliquiarum Sanctorum Eutychetis et Acutii apud Ughellum : « Crucem a Domini ex auro purissimo fecit admirabili artificio com- pactam, quod splendoclastum et antipeuton vocabatur. » Ubi splendoclastum vox hybrida videtur, composita nempe ex splendor, latina, et κλαστός, fractus, ut sit aurum ductile in laminas tenuatum nam in Glossis veteribus manuscriptis Regiis, obryzum definitur splendor auri : ex qua quidem definitione ὑπέρπυρον appellari etiam potuit, quasi ὑπέρπυρρόν, aurum eximie rutilum : nam obryzi color πυρρός dicitur apud veterem Scriptorem de Urinis<sup>11</sup> : Εἶτα τέταχται ὑπόπυρρόν κελτικῶ χρυσῶ εἰκόδος, καὶ μετ' αὐτὸ τὸ πυρρόν ὀβρύζω εἰκασμένον χρυσῶ. Ubi aurum gallicum, quod minore aestimatione taxatum, ait Novella Majoriani, et colore pallidior fuit, obryzo. quod rutilum est, opponitur. Sanctus Hieronymus ait ista Esaïæ : « Pretiosior erit vir auro, et homo mundo obryzo », aquilam interpretatum esse obryzum, πυρρόν, quod coloris optimi atque sanguinei est. Sanctus Audoenus, in Vita Sancti Eligii, episcopi Noviomensis : « Cum omnis census in unum collectus a regi pararetur ferendus, ac vellet domesticus simul et a monetarius adhuc aurum ipsum fornacis coctione purgare, a ut, juxta ritum, purissimum et rutilum aulae regis praesentaretur metallum, etc. » Charta Karlomanni regis apud Beslium, in Regibus Aquitaniae : « Trecentorum solidorum a auri ad purum excocti se noverit poena mulctandum. » Neque aliud videtur χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρός, in Joannis Apocalypsi. Contra aurum quod e metallis eruitur, αὐτόματος, et ἄπυρος χρυσός dicitur Agatharchidæ. Ὑπερπύρων autem nomenclaturæ ante primam Francorum nostrorum in Syriam expeditionem mentionem fieri nondum advertimus. Ab iis enim ad hæc sacra bella profecturis, Constantinopolim adeuntibus, vel in Syria ipsa cum Græcis pacta agentibus, aut commercia, tum primum Hyperperorum auditum nomen, quod Græci idiomatis ignari varie depravatam extulere. Tudebodo<sup>12</sup> quippe purpurati dicuntur : « Et vendebant unius a aselli onus octo purpuratis, qui appretiati erant centum a viginti denariorum solidis. » Eadem habet Baldricus<sup>13</sup>. Sed

et Guibertus<sup>1</sup> byzantios purpuratos aureos fuisse omnino testatur : « Ut asini unius ex frumento sarcina octo eorum a byzanteorum pretio distraheretur, quos ibidem purpuratos a vocitant, qui centum viginti nummorum solidis aestimantur. » At ὑπερπύρων apud Græcos nomen paulo serius occurrit, apud Theorianum<sup>2</sup> scilicet, qui Manuele imperante vixit, scholiastem Harmenopuli, Codinum<sup>3</sup>, et aliquot alios. Willelmus Tyrius<sup>4</sup> vocem Græcam retinuit : « Viginti duo a millia hyperpyrorum, et tria millia marcarum argenti a examinatissimi dicebatur esse largitus. » Hanc etiam ita reddidit Sanctus Antoninus<sup>5</sup>. At postmodum invaluit ut hyperperum diceretur. Idem Antistes Tyrius paulo supra : « Dotis autem quantitas erat in centum millibus hyperperorum justis ponderis, etc. » Yperperum absque aspiratione dixerunt Innocentius Tertius<sup>6</sup>, Thomas archidiaconus Salonenis<sup>7</sup>, Vincentius Belvacensis<sup>8</sup>, et aliquot Chartæ quæ descriptæ leguntur apud Guichenonum, in Bibliotheca Sebustiana<sup>9</sup>, et in Probationibus Historiæ nostræ Gallo-Byzantinæ<sup>10</sup> : Ysperos denique, Yperperos, et Perpera, pactum initum inter Michaellem Palæologum et Genuenses, quod nos ibidem perinde descripsimus, in quo interdum duplici PP. designatur hæc moneta. Nam extremis hisce sæculis usus invaluerat, ut non jam hyperpera, sed perpera ejusmodi monetæ appellarentur. Ita enim hæc vox scripta reperitur apud eundem Innocentium III<sup>11</sup>. Rogerum Hovedenium<sup>12</sup>, Guntherum in Historia Constantinopolitana<sup>13</sup>, Joannem Lucium<sup>14</sup> in Historia Dalmatica et alios. Atque inde Franci nostri perpre dixerunt. Albericus<sup>15</sup>, de Gotofredo Villharquino Achaïæ principe : « Ex quo rex Joannes venerat ad a partes illas, mittebat quolibet anno ducenta viginti millia a perpres ad conducendos auxiliarios. » Occurrit passim in Tabulis idiomate Gallico conscriptis, ut perperi, apud Mathæum Villaneum<sup>16</sup>. Ex qua corrupta nomenclatione nostri Franci Hierosolymitani purpuratos formarunt, cum perpres tum appellarentur eæ monetæ, voce haud multum abudente a porpre, uti ea ætate purpuram dicebant. Hyperperos autem aureos fuisse docet præterea pactum inter Michaellem Palæologum et Genuenses initum : « Yperperos aureos et turchi- a faros. » Et Charta Balduini II, imp. Constantinopolitani, an. 1248 : « Comme nos aions emprunté des marcheans vint a et quatre mille perpres de or de droit pois de Constantino- a ble, etc. » Unde a Guilberto cum Byzantiis confunduntur. De hyperperorum pretio egere etiam supra laudati scriptores, Tudebodus, Baldricus, et Guibertus, qui singula hyperpyra valuisse tradunt viginti solidis denariorum. Et Hugo Plagon, in versione Gallica manuscripta Willelmi Tyrii, ait hyperpyrum valuisse septem solidis Parisiensium. « L'empereres dit a qu'il lui donnoit en mariage cent mille perpres d'or. C'est a une monnoie de Constantinople : une perpre valoit bien a sept sols de Paris. Pardessus dit que li envoiroit dix a mille perpres pour les despens et la feste des noces. » Scribit Guntherus<sup>17</sup> hyperpyrum monetam fuisse auream, pretii unius fertonis : « Per totum annum ad quatuordecim dies a fisco regio persolvebat nummum aureum, qui perpre vocari a solet, ferdoni, id est, quartæ parti marcæ, æquivalens. » Vincentius Belvacensis ait quadringenta hyperperorum millia confecisse quinquaginta septem millia marcarum argenti<sup>18</sup> : « Terra soldani valebat ei quotidie 400 millia iperperi, id est, a 57 millia marcas argenti. » Verum, ut hæc omnia de hyperpyrorum pretio, de quo quædam attigit Scaliger<sup>19</sup>, conciliantur et comparentur, majoris esset otii, cum præsertim ejus diversitas ut plurimum ex vilitate vel augmento metalli secundum tempora oriatur. Hyperpyrum porro nota a designari apud Harmenopuli scholiastem<sup>20</sup> pridem observatum ab eodem Scaligero, quo etiam νόμισμα designari in Rationali Peræquatorum, quod manuscriptum ex Bibliotheca Regia legimus, censet Salmasius : quod certe vel ex eo liquet, quod septuaginta duo a dicantur libram conficere, auri scilicet, uti de libra occidua supra diximus τὰ σβ' α ποιοῦσι λίτραν μίαν, — τὰ ρ α ποιοῦσι λίτραν μίαν καὶ α κβ — τὸ ἥμισυ τοῦ α ἐστὶ τῆς λίτρας μέρος ρυδι. Ibidem præterea nomisma seu solidus aureus dicitur conficere duodecim milliarense argenteos : Τὰ δὲ μιλλιαρῆσια ὀφείλεις λογαριάζειν δώδεκα τῶ α ἐν πάσῃ δημοσίᾳ ἀπαιτῆσει. Ab ejusce vero monetæ speciei pensatione dicti olim perpyrarii quidam liberæ conditionis homines in regno Cyprio Lusinianorum<sup>21</sup>, quod regi quindecim hyperpyra quotannis pensitare tenerentur. Verum

1. Act. 12. — 2. Ep. 129. — 3. Ed. V. C. Emer. Bigoti, p. 51. — 4. L. 3. — 5. In Tact. c. 8, § 15. — 6. L. 11, etc. — 7. In Pand. n. 18. — 8. Ep. 56. — 9. H. Steph. — 10. L. 1, C. Th. de Ponter. l. 1, de Auri publ. prosec. — 11. Theophil. de Urinis, p. 34, edit. Frid. Morelli. — 12. L. 2, p. 787. — 13. P. 103.

1. L. 4, c. 5. — 2. In Legat. — 3. De Origin. p. 72 : de Off. c. 5, n. 22. — 4. L. 18, c. 22. — 5. Tom. 3, tit. 19, c. 8, § 3. — 6. L. 13, Ep. 36. — 7. C. 35. — 8. L. 31, c. 75, 143 ; l. 32, c. 46, 289. — 9. P. 199. — 10. P. 2, 40, 12, 13. — 11. L. 13, ep. 155, 159, 162. — 12. P. 593. — 13. C. 18. — 14. P. 471, 472. — 15. MS. an. 1236 — 16. L. 7, c. 73. — 17. Gunther. c. 18. — 18. L. 31, c. 143. — 19. De Re Num. p. 63. — 20. L. 1, tit. 15, § 3. — 21. Loredan. in Hist. Cypr. l. 1 et 7, p. 8, 369.



addit Porcacchius <sup>1</sup> hyperpyra ejusmodi, valoris fuisse Marcelli argentei Veneti, cui consentit Leunclavius <sup>2</sup> ex relatione cujusdam Atheniensis. Quod si ita se res habet, consecrationem videtur hyperpyra ista Cypria argentea, non aurea fuisse. Tandem ex supra dictis doceri potest vir eruditus unde dicta sint *perpera*, in cujus vocis origine non minime hallucinatur <sup>3</sup>.

## XCIX (LXXXI).

## TALENTUM.

Talentum pro libra Annam Comnenam et scriptores Latinos ætatis inferioris, Theophanem vero anno nono Nicephori Generalis, pro centenario, seu centum libris dixisse, docuimus ad Alexiadem et in Glossario <sup>4</sup>. Sed et pro numismate, seu nummo aureo, usurpatum testatur Hesychius <sup>5</sup>: τὸ δὲ λεπτόν ἐξ ακισχλιστόν Τάλαντον, ὃ ἐστὶ νόμισμα. Atque sic videtur accepisse idem Theophanes anno primo Michaelis Curopalatae, quo loco scribit Michaelē militum provincialium, qui bello Bulgarico perierant, uxoribus concessisse πέντε τάλαντα χρυσίου, cum vix probabile sit de centenariis auri hæc intelligenda.

## XCH (LXXXII).

## BYZANTIUS.

Aureos istos imperatorum Constantinopolitanorum Latini scriptores fere semper *byzantiorum* nomine donant, Græcis ipsis prorsus incognito ex quo mirari contigit unde nostri vocem inusitatam, nec ævo suo receptam, usurparint, cum Byzantium ab ipsius Constantini ætate urbs ipsa desierit appellari. Baldricus Dolensis <sup>6</sup>, Willelmus Malmesburiensis <sup>7</sup>, et Guntherus <sup>8</sup> *byzantios*, a Byzantio seu Constantinopoli non denominatos duntaxat, sed et nummos aureos fuisse consentiunt. Hinc *byzantii aurei* apud Tudebodem <sup>9</sup>, et *visanti aurei* in Capitulari Radelchisi <sup>10</sup>, principis Beneventani, *byzantini aurei*, apud Lambertum Ardensem <sup>11</sup>, ut cæteros omittam. Charta Joannis Anthypati, patritii ducis Amalphitanorum, apud Ughellum <sup>12</sup>: « Insuper componere debeat illa persona « in cujus manibus hæc charta pervenerit auri solidos quingentos byzantios. » Alia Sikelgaitæ Roberti Guiscardi uxoris, an. 6 ducatus Amalphitæ, ind. 2: « Componat in supra scriptum episcopium auri solidos byzantios sexcentos. » Rursum alia, anni 1128: « Tum componere pars infidelis ad « partem quæ firma steterit, auri solidos centum byzanteos. » Ita passim *libræ byzantæ*. Charta Athanasii, archiepiscopi Neapolitani, circa annum 937 « Componat vobis pœnæ « nomine auri libras duodecim byzantæ. » Charta denique Guillelmi, episcopi Nolani, an. 1123 « Insuper componat « vobis... auri libras decem byzanteas. » Ad saracenicæ deinde et turcicæ monetas transiit byzantiorum nomen; quos, ad Græcanicorum nummorum discrimen, *saracenos byzantios* appellant plerique scriptorum mediæ ætatis, uti alias docuimus <sup>13</sup>. Neque tantum aureis monetis id vocabuli attributum, sed et argenteis, præsertim in Cyprio Lusiniarum regno. Exstat apud laudatum Ughellum <sup>14</sup> diploma Gregorii IX PP. in quo hæc habentur: « Byzanciorum alborum mille et nonaginta duorum percipiendorum in redditibus « civitatis Paphensis et territorio ejus. Byzancios bonæ « plateæ », id est, probi argenti, habet Charta Bermundi de Sancto-Martino Majoricensis, an. 1232, quia scilicet *Nunoni Sancii vendit aliquot alquerias pro mille et quingentis byzantiis bonæ plateæ*. Unde colligitur præterea ejusmodi byzantios monetam fuisse Maurorum principum Hispanicorum. Hinc etiam percipere possunt heraldicæ scientiæ studiosi, cur in armorum insignibus globuli aurei et argentei *byzantiorum* donentur appellatione, cum qui alterius sunt coloris *tortelli* dicantur, quia videlicet nummos aureos et argenteos exhibent, quos *bezans* vulgo nos ipsi appellamus <sup>15</sup>.

1. De Insul. — 2. Pand. — (\* 3. Forte hic designatur P. Bertet, qui a puerperio hanc vocem derivat. Hallucinatur etiam Menagius in Etymol. Italo, v. *Perpero*, qui eam a *perpero*, id est *malo*, descendere autumat. Bottarius.) — 4. Vid. Glossar. — 5. In Κοδράντιος. — 6. L. 1, Hist. Hier. — 7. L. 4. — 8. Hist. CP. c. 15. — 9. L. 4. — 10. Capit. Radelch. c. 20, 27. — 11. P. 463. — 12. Tom. 7, p. 394, 395, 405; Id. tom. 6, p. 427, 298. — 13. Diss. 20, ad Joinvill. — 14. Tom. 7, p. 60. — 15. (\* Itali vero *Bisante* illum appellarunt, de quo videsis Menag. in Etymol. Italo Bottarius.)

## XCH (LXXXIII).

## CONSTANTINOPOLITANI NUMMI.

Quos denique byzantios plerique, ut duximus, vocant, interdum *solidos Constantinopolitanos* nuncupari in veteribus Tabulis, quas passim profert Ughellus <sup>1</sup>, observare est. Amatus, Salernitanus episcopus, anno 1 Gaimarii principis, ind. 3, circa annum 990: « Si taliter omnia supra dicta non « adimpleverimus... componere obligavimus et meos successores vobis vestrisque hæredibus... quatuor millia solidos « Constantinopolitanos, etc. » Ita certe hoc loco habetur: verum, ne quid dissimulem, in plerisque chartis quas laudat aut describit Ughellus <sup>2</sup> vox *Constantinopolitani solidi* contracta fere semper legitur. Alia ejusdem Amati, ind. 5: « Obligavi me... 500 auri solidos Constantin. » Alia Gisulphi, principis Salernitani, an. 17 principatus, indict. 14. « Componat ipsi patruo et nepotibus eorum 50 aureos Constantin. » In aliis *Constantini solidi* nuncupari videntur. Charta Petri, episcopi, Salernitani, circa ann. 882: « Obligamus nos et « successores nostros ad componendum vobis... mille aureos « Constantin. » Unde dubium relinquitur fuerint-ne eam monetæ Constantinæ alicujus imperatoris. Charta Joannis, Barensis archiepiscopi, exarata *Constantino simulque cum eo regnante Romano Porphyrogenito filio ejus*, anno quarto ejusdem Constantinæ, mense januarii, indictione ultima: « Vobis « obligamus pœnam comprehendi centum Constantinæ solidos. » Alia Pandulphi, comitis Montis-Oderisii, an. 1027: « Obligat se et successores suos ad observantiam sub pœna « mille solidorum Constantinæ. » Sed cum omnia pene quæ descripsit Ughellus vetera diplomata, exscriptorum vel typographorum fortassis incuria, de qua is non semel queritur, cum omni accuratatione minime edita constet, admodum probabile est exscriptores eosdem aut typographos literam *i.* ad *Constantin.*, quo Constantinopolitanos solidi designabantur, adjecisse, cum existimarent aureos illos esse Constantinæ alicujus imperatoris.

## XCIV (LXXXIV).

## NUMMI IMPERATORUM NOMINIBUS DONATI.

Licet tamen fateri aureos byzantios eorum quorum erant imperatorum, vel imagines præferbant, nominibus sæpe donatos a scriptoribus. Nam *ῥωμανάτους* appellatos Romani Diogenis nummos testatur Anna Comnena <sup>3</sup>, *romanatos* nostris, chartæ veteres Latine, quas ad ejus Alexiadem laudamus. Falco Beneventanus, an. 1130: « Hortum suum vendiderat « sexaginta romanatos. » Et anno 1131: « Monet ut illi sexaginta « ginta romanatos redderet. » Bulla Alexandri III PP. an. 1179, apud Ughellum <sup>4</sup>: « Quadraginta et octo romanatos de « paradiso, et de altari tantum quod 24 unciarum auri com- « pleat. » Ita *constantinatos*, Constantinæ Ducæ, *michalatos*, Michaelis Ducæ, *manuelatos* denique Manuelis Comneni imperatoris nummos in veteri instrumento, et *manlat*, voce contracta, vocari apud Arnoldum Lubicensem ibidem annotavimus <sup>5</sup>, et in Glossario. (Tradunt præterea continuator Theophanis, lib. 4, num. 22, et Symeon Logotheta, in Basilio, num. 15, eundem augustum, capessito imperio, ex pecunia in regis thesauris post necem Michaelis decessoris inventa, τὸ ὄν σενσάτον καλούμενον cudi præcepisse, quæ quidem moneta aureane fuerit non indicat, quanquam id verosimile, ut et illam esse in qua cum filio Constantino in solio sedet: nam *σένσος*, pro *sessu*, seu solio, usurpasse Græcos recentiores pluribus docemus in Glossario mediæ Græcitatæ. — C. in A.)

## XCV (LXXXV).

## SEMISSIS.

Jam vero ut ad solidi partes, aliasque minutiores, vel minoris pretii monetas descendamus, quemadmodum *semissem*, dimidium solidum Latini, ita Græci Byzantini *ἡμισόν* eadem notione sæpe numero usurpant. Theophanes <sup>6</sup> ait Chaganum dixisse Romanos captivos redditurum se, si κατὰ ψυχὴν, id

1 Tom. 7, p. 509. — 2 Tom. 7, p. 511; Ibid. p. 504, 509, 511; tom. 6, p. 844; tom. 8, p. 302, 714, 718; tom. 7, p. 501; tom. 7, p. 978; tom. 6, p. 844. — 3. L. 3, Alex. p. 93. — 4. In Arch. Benev. — 5. Notæ ad Alex. p. 322, 401. — 6. In Maur. an. 48.



est in singula capita, unum νόμισμα daretur: Mauricio id abnuente, petiisse Chaganum saltem ἀνά ἡμισυὶ λαβεῖν κατὰ ψυχὴν. Rationale Peræquorum sub Alexio Comneno exaratum: τὸ μὲν νόμισμα, ἦτοι μονάς, δύο ἡμίσεια ἀποτελεῖ. τοίνυν καὶ τὸ ἡμισυὶ ἀπὸ τῶν δύο ἐξέρχεται λέγομεν. Ita sane: nam vox semissis quibusvis monetis etiam convenit, argenteis nempe et æreis, perinde ac aureis, utpote pars dimidia cujusvis nummi. Hinc in aliquot æreis infimæ ætatis, in quibus nullum imperatoris adscriptum est nomen, in aversa parte, circa litteram majusculam M. legitur ΕΜΙΣΗΣ, qui quidem characteres semissem æræ alterius monetæ esse indicant.

## XCVI (LXXXVI).

## TREMISSES.

Ut porro semissis est dimidius solidus, ita tremissis tertia pars solidi dicitur, ut est apud Isidorum<sup>1</sup>, ubi de Solido: « Hunc, ut diximus, vulgus aureum vocat, cujus tertiam partem ideo dixerunt tremissem, eo quod solidum faciat ter « missus »: ubi insulsum etymon. Atque hujus quidem monetæ speciei mentionem tantum fieri apud mediæ ætatis scriptores, pridem observatum a Cujacio<sup>2</sup>, Casaubono<sup>3</sup>, Salsasio<sup>4</sup>, et aliis. Lampridius auctor est ab Alexandro Severo primum aureos tremisses cosus: « Tuncque primum tremisses « aureorum formati sunt » Exhinc occurrunt passim tremisses apud inferioris ævi scriptores, ac præsertim in Concilio Carthaginensi IV, in Codice Theodosiano, et Justiniano<sup>5</sup>. in legibus barbaricis antiquis, maxime in Ripuaris<sup>6</sup>, ubi tremissis dicitur constare quatuor denariis, quia solidus est duodecim denariorum: præterea apud Gregorium M.<sup>7</sup>, Paulum Warnefridum<sup>8</sup>, Leonem Ostiensem<sup>9</sup>, et alios non semel. Hinc τριμίσιον dixerunt Theophanes<sup>10</sup> et Leo Grammaticus<sup>11</sup>: ex quibus trimisium confecit Anastasius Bibliothecarius<sup>12</sup>. Trientem vero aureum apud Polihonem in Claudio, idem esse quod tremissis dicitur, pridem alii adnotarunt, quod et firmat Gregorius Turon.<sup>13</sup>: « Ad domum suam reversus, vidit ante « pedes suos aureum in similitudinem trientis: quo assum- « pto, pensatoque, unius solidi appensus est pondere. »

## XCVII (LXXXVII).

## TETARTERON.

Tradunt Scylitzes<sup>14</sup> et Zonaras<sup>15</sup> Nicephorum Phocam imperatorem monetam suas pondere imminuisse; et cum ad ea usque tempora nummus omnis exagium penderet, id est, solidum, uti hanc vocem accipi supra docuimus, tetartēron invenisse, statuisseque, ut tributa graviore darentur, largitiones vero ac impensæ mutilato ac leviori numismate fierent. Ex quibus, redactum solidi pondus ad quartam partem quidam: quo modo quartarios vocat Lampridius<sup>16</sup>; alii solidum quarta legitimi ponderis parte imminutum volunt. Cui postremæ sententiæ favere videntur veteres Tabulæ Constantinopoli scriptæ anno 1064, proinde annis 450 post Phocæ interitum, apud Ughellum<sup>17</sup>: « Hic in urbe Constantinopoli obiit D. Joannes Cajetanus. .... et dimisit in « vestro episcopo sol. 3, et sol. 5 ad Sancto Erasmo defore, .. « toti sunt solidi 35 tetarteron. » Ubi moneta ista solidus dicitur cum adjectione tetarteron, ad discrimen aureorum solidorum legitimi ponderis, qui nude solidi ibi appellantur, quorum octo efficere dicuntur 35 solidos tetarteronum: unde patet ejusmodi monetæ solidum quartam esse partem aliorum solidorum, aut paulo plus. nam si tetarteron fuit solidus quarta parte tantum constans, triginta duo solidum legitimi ponderis confecissent. Quod autem tetartēron Græci, contractius scriptores qui expeditionum Hierosolymitanarum historiam literis mandarunt tartarones vocant Albertus Aquensis<sup>18</sup>: « Imperator... ducentos byzantios aureos sibi dari jussit: « de moneta vero quæ dicitur tartaron, modium unum exer- « citui illius erogavit. » Et alio loco. « Per singulas hebdo- « madas quatuor viri aureis byzantiis onerati cum decem « modiis monetæ tartaron, de domo imperatoris duci mitte- « bantur, quibus milites sustentari possent. » Istiusmodi

monetæ idem alibi meminit, satisque innuit prorsus diversam fuisse ab aureis et byzantiis nummis, seu solidis; quod firmat etiam Fulcherius Carnotensis<sup>1</sup>, exerte scribens tartarones æreos fuisse: « Jussit imperator de auro suo et « argento, atque palliis, proceribus nostris dari, et peditibus « quoque fecit de nummis suis æneis, quos vocant Tartaro- « nes. » Neque nomenclatura alia donantur nummi isti ærei ab Orderico Vitali<sup>2</sup>: « Tartarones quippe quadratos ex cupro « nummos Thraces vocitant, de quibus in Thracia seu Bithy- « nia provinciales mercimonia sua, sicut philippis aut « byzantiis, actitant. » Erant igitur Tartarones ex moneta- rum illarum genere, quas τετραγώνους vocat novella Justiniani<sup>3</sup>, cujusmodi, inquit Scaliger, sunt argentei nummuli, quos Græci ἄσπρος vocant, id est albos. Certe apud Tartaros vigere etiamnum istius appellationis memoriam, quod fortassis monetæ istæ minutiores e Græcia in commerciis eo transierint, testari videtur Josephus Barbarus<sup>4</sup>, in Itinerario ad Tanaim: siquidem tetarti idem sit quod tetarteri, quod prorsus hec existimare. Ita porro ille sub an. 1436: « Neque « hoc prætereundum videtur (cum mentionem nummi, quo- « modo tartarico idiomate proferatur, hactenus fecerim) « tetarti proprie albus dicitur, et per hunc colorem, nummum « Tartari argenteum, qui alias albus est, intelligunt. Græci « etiam aspros suos albos vocant, Turci Akejen habent, « album nobis quoque, et Zagathiteng album item nomi- « nant. » Nec multum refert quod tetarti tartarici argentei sint, perinde ac aspri et albi Græcorum aut Turcorum, cum tetarteri aut tetartera Græcorum ex ære fuerint, quandoquidem id appellationis minutioribus monetis quibusvis tributum omnino pro certo sit.

## XCVIII (LXXXVIII).

## MILIARENSIS.

Enimvero constabat solidus, seu aureus byzantius, duodecim miliarensibus argenteis: miliarensis autem duobus ceratiis, ceratium denique duodecim follibus æreis, de quibus sigillatim dicendum. Inter augustorum Byzantinorum τὰ λεπτά, seu minutiores nummorum species, fuit illa argentea quam miliarensium appellatione vulgo indigitant scriptores: Græci vero μιλιάρισιον et μιλλιάρησιον vocitant. Fuit autem miliarensis, nomismatis pars duodecima. Glossæ Basilicæ: Κατὰ νόμισμα λαμβάνει μιλιάρησια β', et Suidas, μιλιάρισιον τὸ τοῦ νομίσματος δωδέκατον. uti restituunt viri docti, pro δέκατον. Constabat etiam miliarensis duobus ceratiis, ceratium vero duodecim follibus: scholiastes Basilicæ<sup>5</sup>: Ἐν κέρατιον φύλλοις εἰσὶ δωδέκα, ἦτοι μιλιάρησιον ἡμισυ. Et vetus Rationale Peræquorum, quod παλαιὰ λογαρικὴ inscribitur in codice regio<sup>6</sup>: « Ἐως ὅδε ὀφείλεις ἀπαιτεῖν δικάρατον καὶ μόνον. ἀπὸ δὲ τοῦ ἡμισυὸς καὶ ἑκτου, ἦτοι τοῦ διμοίρου τοῦ ἐνδὸς χαράγματος η, ὀφείλεις ἀπαιτεῖν καὶ ἐξάφολλον διὰ χαράγματος, λογαριάζειν δὲ δωδέκα μιλλιάρησια τῷ νομίσματι, ἦτοι τὸ μιλλιάρησιον ἔχειν φύλλοις κδ' κατὰ τὴν παλαιὰν παράδοσιν τοῦ Ἀγούστου Καίσαρος. Duobus etiam ceratiis valuisse miliarensium omnino indicat Cedrenus<sup>7</sup>, scribens Chaganum postulasse ab imperatore pro singulis captivis quatuor ceratia, quæ duos, inquit, miliarenses conficiebant. Scholiastes Basilicæ loco laudato: Τὰ σὺν β. κέρατια εἰσὶ νομίσματος ἡμισυ. τὸ γὰρ ἀκέραιον νόμισμα ἔχει μιλιάρησια δωδέκα, ἦτοι κέρατια κδ. Quod etiam firmatur a Theophane<sup>8</sup>, scribente Leonem Isaurum lege sanxisse, ut in murorum urbis, qui terræ motu collapsi erant, reparationis sumptus singuli ex incolis miliarensium pensitarent, καὶ ἀπαιτοῦσιν εἰς κανόνα μετὰ ὀλοκοτίνιν τὸ μιλιάρησιον. Mox addit ab eo deinceps tempore exsolvi solitam pro murorum refectione duorum ceratiorum pensitationem: Ἐντεῦθεν σὺν ἐπεκράτησεν ἡ συνθήκη δίδειν τα δύο κέρατια τοῖς διοικηταῖς. Quæ quidem pensitatio δικάρατον dicitur Cedreno, Zonaræ, Manassæ, Glycæ, et aliis. At quærent viri docti quid sit ὀλοκοτίνιν apud Theophanem loco laudato, et isto Theodoriti in Hist. Eccl.<sup>9</sup>: Ὁ βασιλεὺς ἀπασταίε πεντακοσίους ὀλοκοτίνους αὐτῷ εἰς δαπάνας, ubi vetus lectio χρυσίνους habet, quam sane vocem firmat Cedrenus, qui præfert hoc loco: Προσστάξαμεν τοῖς διοικηταῖς τῶν θεμάτων ἀπαιτεῖν εἰς τὸν κανόνα κατὰ νόμισμα μιλιάρησιον ἓν. Ita ὀλοκοτίνιν, vel ὀλοκοτίνος, idem erit ac νόμισμα, solidus, uti redditur ab Epiphanio Scholastico, vel nummus argenteus, ut ab Anastasio in Historia Ecclesiastica, incerto licet etymo. Sed et idem fuit miliarensis cum argenteo. Rationale: Ἰστέον ὅτι δωδέκα μιλιάρησια, ἢ δωδέκα ἄργυρα, τῷ νομίσματι λογαριάζονται εἰς Σέκρετον τοῦ Γενικοῦ. τὸ γὰρ μιλιάρησιον ἀντὶ ἀργυροῦ λογιζέται, τὸ δὲ ἄργυρον ἀντὶ μιλιάρησιου.

1. L. 16, c. 25. — 2. Ad lib. 12, Cod. — 3. Ad Lampr. — 4. De Modo Usur. — 5. L. 2, C. de Erog. milit. ann., l. 16, Cod. de Castr. pec. lib. 12; l. 4, C. Th. de Milit. vest.; l. 2, Ne Comit. etc. — 6. Tit. 23. — 7. L. 9, ep. 29. — 8. L. 5, c. 39. — 9. L. 2, c. 8. — 10. P. 374. — 11. P. 504. — 12. In S. Silvestro et in Hist. de Exil. S. Martini. — 13. Lib. 4, de Mirac. S. Martini, c. 39. — 14. P. 638. — 15. P. 162. — 16. In Alexandro Severo. — 17. Tom. 5, p. 1505. — 18. L. 1, c. 16: l. 2, c. 16. l. 8, c. 26.

1. L. 1, c. 4. — 2. L. 10, p. 791, 792. — 3. 105, c. 3. — 4. P. 453. — 5. L. 25. — 6. Cod. 1024. — 7. An. 18, Mauric. — 8. P. 345. Cedr. p. 458. — 9. L. 2, c. 16.

Μιλιαρισίων vero mentio primum videtur facta sub Honorio, cum *scrinium a miliarensibus* sub dispositione comitis largitionum statuatur in Notitia utriusque Imperii. ejusdem augusti ævo edita : dein sub Justiniano, qui horum meminit in Novella 105. mox sub Mauricio apud Simocattam<sup>1</sup>, sub Heraclio apud Theophanem et Cedrenum anno ejus duodecimo, sub aliis demum apud Porphyrogenitum libro de Administrando Imperio<sup>2</sup>, Leonem Grammaticum<sup>3</sup> in Leone Philosopho, Achmetem, et alios. Cedrenus<sup>4</sup> ἀπὸ τῆς μιλιάριας, ἤτοι στρατίας, a militia deducit, quod scilicet ea monetæ specie militum stipendia exsolventur, cui sententiæ consentanea habent Glossæ Basilicæ : Ἔστι δὲ ἕτερος φόδος συναγόμενος ἐξ ἀργυρίων λεπτῶν ταῖς στρατιωτικαῖς διδομένων, καὶ διὰ τοῦτο μιλιάρια καλούμενων. Sed quod subdit Cedrenus. Scipionem pecuniæ inopia laborantem, dum bella Romanos inter et Annibalem exardescabant. ejus usum adinvenisse, vix fidem meretur, cum miliarensium demum nomen auditum fuerit post instauratum a Constantino Byzantium<sup>5</sup>. Neque ab hac Cedreni sententia abludit Epiphanius<sup>6</sup>, scribens miliarensium apud Romanos esse στρατιωτικὸν δόμα, militare stipendium : seu, ut habent Glossæ Basilicæ, στρατιωτικὸν δῶρον. At his adversatur Josephus Scaliger<sup>7</sup> hoc potissimum iuxta fundamentum, quod si a militia vox hæc deduceretur, non *miliarensis*, sed *militarensis* hæc moneta nuncupari debuerit. Verum objectioni scaligerianæ id præsertim opponi potest, quod Græci Byzantini μιλιάρια appellabant quos Latini *militæ* : quod ex Porphyrogenito et Anna Comnena præsertim colligitur, qui quos Latini magistros militum, unico vocabulo μαίστρομιλιάριας appellat, uti ad Alexiadem monuimus. Sed ut incertum esse etymon istud fatendum est, ita videant eruditi an majoris sit fidei illud quod præferunt Glossæ Basilicæ<sup>8</sup>, *miliariesia* scilicet sic nuncupata, quod libræ auri millesimam partem conficiant, quovis nomismate duodecim miliarensibus constante. Μιλιαρήσιον, το γλιιστόν τῆς τοῦ χρυσοῦ λίτρας. ἢ γὰρ οἱ Ρωμαῖοι τὰ γίλια καλοῦσι, καὶ οὕτω κατεκερράτωσε τὸ πόσον τῆς λίτρας, ἵνα δι' αὐτοῦ σώζῃται τὰ γίλια μιλιάρησια, ὥστε κατὰ νομίματα λαγχάνει μιλιάρησια ἰδ'. Sed pro ἰδ' legendum prorsus ιβ', supra enim diximus nomisma constituisse duodecim miliarensibus. Certe huic sententiæ vox *miliarensis* non repugnat, cum *miliarensis porticum*, quæ Romæ in Hortis Salustianis existit, appellet Vopiscus<sup>9</sup>, quam *Millenariam* Suetonius<sup>10</sup>. Istius etiam monetæ usus transiit in Italiam : quippe apud Ughellum<sup>11</sup> in archiepiscopis Brundusinis, descriptum legitur Diploma Rogerii, Siciliae regis, anni 1133, ex quo hæc sunt. « Concedimus præfata monasterio in terra « nostra Misanii villanos 80 demanios nostros, qui reddant « singulis annis in duabus datis centum quadraginta micha- « latos et centum miliarenses. » Ubi *michalati* perinde sunt Michaelis Ducæ imperatoris nomismata, seu solidi aurei, uti supra innuimus. Neque aliunde Provinciales nostri suos *millarenses* acceperunt : nam quod suspicatur Scaliger a quodam *Muley Rais*, Arabum principe, et in Hispania regnante denominatos, et ex Hispania in Galliam invectos, refutatione non eget : quandoquidem an in rerum natura princeps ille unquam fuerit, se nescire ultro fatetur. *Millarensium* vero *massiliensium* mentionem in veteribus Tabulis fieri comperio. Pactum initum inter Carolum comitem Provinciae et Massilienses, art. 20 : « De prædictis monetis quæ fiunt in Massi- « lia, habeat dominus comes duodecim denarios Massilien- « sium minorum tantum pro marcha argenti fini,..... et « eodem modo intelligitur de moneta Millarensium. » Horum etiam meminit diploma aliud, quo Berengerus Fredolus, Magalonensis episcopus, Monspeliensibus<sup>12</sup> cudendæ *monetæ millarensis dictæ* facultatem concedit, ad legem decem denariorum, in toto episcopatu et comitatu, etc. Exstat præterea Diploma aliud Guillelmi Gerundensis, sacristæ, an. 1268, in quo millarensium mentio fit : « Ita tamen quod de miliarensi « a nobis et D. Infante Jacobo nobis concessio habendo de « quolibet maidino salis ad opus murorum construendorum « et reficiendorum, etc. » Sed an a *miliarensibus* minutiores apud nos monetæ quas *Liards* appellamus nomen et originem ducant, uti vult Pithæus<sup>13</sup>, major est difficultas : cum existiment alii ita vocitatum monetam regum Angliæ in Aquitania ducatu ab iis cusam : atque adeo contendant haud diversam a moneta aurea quam *nobilem rosatum* vulgo dicimus, et quam Regestum quod Brissonis vocant, testatur pendere quatuor denarios et sex grana. Addunt præterea Edwardum III, Angliæ regem, primum id genus monetæ fabricasse, quod etiam scribit Seldenus<sup>14</sup> : idque nominis

1. L. 5, c. 14. — 2. Porph. De Adm. Imp. c. 43. — 3. P. 480 — 4. Cedr. p. 168. — 5. Anon. de Mirac. S. Anastasii Persæ, c. 1. — 6. Lib. de Ponder. — 7. P. 55. — 8. Gloss. Basil. p. 72 ; Petav. ad Epiph. — 9. In Aureliano. — 10. In Neron. c. 31. — 11. Tom. 9, p. 45. — 12. Apud Sammarth. in Episcop. Monspel. n. 31. — 13. Ad Leg. Salic. tit. 1. — 14. L. 2, de Mari clauso, c. 25.

monetæ ejusmodi datum, *les hardis*, seu, ut tum efferebant, *li hardis*, deinde *liards*, quod in ea rex manu ensem nudatum tenens effingatur. Pulinus<sup>1</sup> tradit *liardorum* istorum alios fuisse aureos, alios argenteos, alios denique ex materia argento et ære conflata, quam *billonem* dicimus : appellatio nemque istam, quam certis quibusdam æreis monetis vulgo tribuimus, ab ea monetæ anglicæ specie deductam. Diploma quoddam anni 1400 pro monetis confundit *les hardis et les liards de France*, pro tribus denariis : in quo etiam mentio fit *des hardis morlans*, pro duobus denariis et obolo. *Milreis* aureos Lusitanicos a miliarensibus quidam etiam deducunt, vel certe eorum appellationem : quos Henischius<sup>2</sup> ideo censet appellatos quod mille *ræsis* constituerent : *ræsum* autem esse quintam partem ait *cruciferi*, sive unum obolum cum duabus quintis : cum 40 *ræsi* regalem conficiant. Vel ex his saltem conficitur viri doctissimi<sup>3</sup> evanescere conjecturam, qui monetam dictam *les ardis* gothicam esse credidit, atque inde *panes sordidos, ardinenses* dictos in Codice Theodosiano<sup>4</sup>, quod singuli vœnirent singulis *ardinis*, id est quadrantibus, quo modo Tolosates etiamnum quartam partem assis vocant : adeo ut verba hæc, *qui nunc dicuntur sardinienses*, vel, uti legit, *ardinienses*, Aniano interpreti adscribat.

## XCIX (LXXXIX).

## CERATIUM.

Ut solidus duodecim miliarensibus argenteis, ita miliarensis constabat duobus ceratis perinde argenteis : *Ceratum* vero duodecim follibus æreis, ut est in Legibus Georgicis<sup>5</sup>, et apud Cedrenum<sup>6</sup>, anno vicesimo quarto Leonis Isauri ; et si eundem Cedrenum audimus, ab ipsius Numæ temporibus id genus monetæ obtinuit. Duo præterea ceratia miliarensis confecisse, atque inde *dixératon* dici scriptoribus, mox innuimus : quod firmat idem Cedrenus<sup>7</sup>, anno decimo octavo Mauricii, qui quatuor ceratia duos miliarenses confecisse scribit, et Theophanes<sup>8</sup>, anno octavo Nicephori Generalis, qui unica voce *τετρακέρατον* dixit quod Epiphanio *τετράδραχμον* dicitur, sexta scilicet solidi pars ; siquidem *drachma* idem est quod *ceratium*, pars nempe vicesima quarta solidi<sup>9</sup>. Proinde *τετρακέρατος* semissis fuit moneta illa argentea qua Heraclius *rogas* suas, seu largitiones, fecisse scribit auctor Chronici Alexandrini, anno illius quinto. Τοῦτω τῷ ἔτει γέγονεν ἀπὸ νόμου νόμισμα ἐξάγραμμον ἀργυρὸν, καὶ βασιλικαὶ βόγαι δι' αὐτοῦ γέγονασι, καὶ κατὰ τὸ ἡμισυ τῆς ἀρχαιότητος. « Hoc anno « numisma ex lege cusum est argenteum sex scripulum, et « largitiones eo genere nummi factæ, ad semissem veteris « moris. » Ubi perperam interpretes *ἐξάγραμμον, senis literis insignitum* reddidit : es enim *γράμμα* idem quod *scripulus*, vel *scriptulus*, unde forte Græci nomen formarunt, quasi a voce *scribere* vox *scriptulus* ducatur, quod punctis olim, seu *γραμμάτις*, notarentur nummi, quæ eorum pondera designarent. Isidorus<sup>10</sup> : « Scripulus sex siliquarum pondere constat<sup>11</sup>. Hic « apud Græcos *gramma* vocatur. » Glossæ Gr. Lat. : *Γράμμα, ὁ σταθμὸς, scripulum*. Glossæ Lat. Gr. : *Semuncia, γράμματα δώδεκα*. Ita apud Hesychium *στατήρ* dicitur esse *τετραγράμμμος*, ut apud Cleopatram in tractatu de Ponderibus, τὸ δινάριον ἔχειν γράμματα δ'. Quanquam apud Hesychium legendum *τετράδραχμος* censet Scaliger ; quod firmat idem Cleopatras liber, in quo ὁ στατήρ ἔχειν δραχμας δ', et *τετράδραχμον* vocari dicitur. Apud Medicos et cæteros scriptores *ceratium* est ponderis species, de quo præter Isidorum<sup>12</sup>, et auctorem de Ponderibus, qui Nicandro subjicitur, copiose egit Pisanus<sup>13</sup>.

## C (XC).

## FOLLIS.

Folium autem ut monetæ minutioris crebra mentio est apud scriptores, etiam aliquot qui Constantini ævum præcesserunt, Lampridium<sup>14</sup>, sanctum Augustinum<sup>15</sup>, Evodius Uzantensem<sup>16</sup>, et alios, adeo ut non omnino damnandus videatur

1. D. Poulin, au Traité des Monnoies de France. — 2. Lib. de asse, p. 217. — 3. Samuel Petitus, lib. 2, Obser. c. 11. — 4. L. 5, Cod. Th. de Annon. civic. — 5. Tit. 2, § 1 — 6. P. 458. — 7. P. 399. — 8. P. 412. — 9. (\* Hinc *Crazia*, moneta argentea Florentiæ cusa, minimi pretii inter argenteas. Bottarius.) — 10. L. 16, c. 25. — 11. (\* *Siliqua*, quod forma et figura corniculum referat, dicta est Græce *κερώγιον* ; unde Florentinæ monetæ, *crazia*, nomen processisse arbitror. Bottarius.) — 12. Isid. l. 16, c. 25. — 13. L. 3, de Numism. c. 1 et 2. — 14. In Elagab. — 15. L. 22, de Civ. Dei, c. 8 ; l. 3, Contra Crescon. c. 29 ; serm. 40, in Nov. — 16. Evod. l. 1, de Mir. S. Steph. c. 14.



auctor Rationalis Peræquatorum, qui ejusmodi monetis pretium inditum ab Augusto Cæsare scribit. Et certe Casaubonus<sup>1</sup> et Salmasius<sup>2</sup> ab ipsis Hebræis vel Chaldæis etymon perinde ac usum arcessunt. Ex quo explodit idem Salmasius Epiphanium, qui *follem* per βαλάντιον reddit: tametsi annotetur in veteribus Glossis manuscriptis *nummos folles dici a sacculo quo conduntur*. Certe *sacculus follis* exerte appellatur apud Fredegarium Scholasticum, cap. 18, cujus lemma est: « De Aureliano qui follem perdidit, » qui in ipso contextu *pera* dicitur. Folium vero alii erant argentei, alii ærei. Follem argenteum τετράδραχμον vocat Epiphanius. Unde idem fuerit quod τετρακέρατον, quod perinde quatuor drachmis constitit. De æreis hic agimus, quo modo intelliguntur a plerisque scriptorum Byzantinorum. Glossæ Græco-Latinæ: Φόλλις, æs. *Folles æris*, dixit Lampridius; *follerales* Marcellinus comes, seu *folleres*, ut præfert Sirmondi editio, quasi folles æreos: « Nummis quos Romani Teruncianos vocant, Græci follares. » Anastasius suo nomine figuratis placabilem plebi commutationem distraxit. » Lectionem Sirmondi firmat Falco Beneventanus<sup>3</sup>, ubi de Rogerio, rege Sicilia: « Induxit etiam tres follares æreos Romanis unam appretiatos. » Græcam porro voci originem esse hic indicat Marcellinus, scilicet a φολις, φολιδος, squama: nam et φολίδα τοῦ χαλκοῦ dixit Hippocrates<sup>4</sup>, quod scilicet *folles* instar squamæ æris essent. Atque ita nonnulli ex scriptoribus Græcis cum unico ὄ habent. ut Procopius<sup>5</sup>: Διακοσίους ὀβολούς, οὓς φόλλεις καλοῦσιν. Sic denique Theophanes, et Cedrenus<sup>6</sup>, anno vicesimo quarto Anastasii, idem et Zonaras, anno perinde vicesimo quarto Leonis Isauri, auctor Vitæ Sancti Auxentii<sup>7</sup>, Glossæ Basilicæ. Moschopolus, et alii. Φόλλας dixit Harmenopolus<sup>8</sup>, a φόλη, uti appellatur ab Epiphanio. Φόλλην dixit etiam Cedrenus, anno septimo Justinii Thracis. cæteri *follem* habent. Vetus inscriptio<sup>9</sup>: IS. TVM. INFERET. POENAE. NOMINE. REIP. FOLLES. MILLE. Sic non semel in Codice Theodosiano<sup>10</sup>. Chronicon Alexandrinum, anno decimo sexto Heracli: Ὁ γὰρ λεγθεὶς ὁ Σεισμὸς γ' φόλλων πιπρασκομένου τοῦ νομίου. αὐτὸς ἡ φόλλων αὐτὸ ἡθουλήθη ποιῆσαι: « quippe Joannes iste Sismus cum offula tribus follibus distraheretur, ipse rem eo deducere conabatur, uti octo follibus id fieret. » Alibi φόλλεις habet. Sed missis reliquis scriptoribus, lubet tantum observare, quingentos folles æreos conficere libram argenti, ex L. 3, Cod. Th., de Pistoribus, quæ definit primam præturam expendere viginti quinque millia follium, et quinquaginta libras argenti; secundam, viginti millia follium, et quadraginta libras argenti. tertiam denique, quindecim millia follium et triginta libras argenti. Quos vero *senos folles*, quibus libra porcinae carnis aestimatur, vocat lex tertia, eodem Codice, de Suariis, ἐξάφολλον appellat auctor Rationalis Peræquatorum, quo loco ait ita nuncupatam additionem factam *dicerato* a Leone Isauro: Χρὴ δὲ γινώσκωσιν ὅτι τὸ ἐξάφολλον προσθήκη ἐνεργῶναι Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, a qua quidem superindictione ejusmodi tributum unico vocabulo ibidem non semel *δικρατοξάφολλον* appellatum. Apud Hispanos habetur moneta minor, quam *foluz* nomenclatura donant, et valere *coronato* seu *coronado*, esseque tertiam partem *blancae*, scribit Sebastianus Cobarruvias. Sed quod addit vocem esse arabicam, vix ei assentiar, nisi Arabes a Romanis acceperint, eamque ad Hispanos transmiserint.

## CI (XCI).

## FOLLIS MAJORIS PRETII.

Erant præterea folles alii majoris pretii quam ii de quibus egimus. Tradit Zozimus<sup>11</sup> Constantinum M. describi jussisse magnatum possessiones, iisque tributum imposuisse quod *follem* nominavit, τέλος ἐπιτιθεὶς, ὃ τινι φόλλιον αὐτὸν ἐπέθηκην ὄνομα. Hinc *follem senatorium* vocat novella Majoriani de Indulgentiis debitorum. Neque tamen unus, sed duo pensabantur a senatoribus folles, ex lege 2, Cod. Th., de Senatoribus, et l. 1 de Prætoribus. Cujusmodi autem esset *senatorius* iste census, uti appellabatur a Symmacho<sup>12</sup>, docet vir illustris Hesychius Milesius, Historiarum libro sexto in Glossis Basilicæ. Ait enim pro modo facultatum eam fuisse senatoriam pensationem quam *follem* etiam appellatam innuit, qui variis constitit quantitatibus: a duabus enim auri libris ad octo processisse secundum dignitatis ac facultatum rationem: Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος φόλλις διαφόρους ἔχων ποσό-

τητας: ἀπὸ γὰρ δύο χρυσίου λιτρῶν ἀρχόμενος, εἰς ὅκτω προῆει κατὰ τὴν ἀξίαν καὶ τὴν εὐπορίαν τῶν ἀπαιτουμένων. Addit deinde primæ dignitatis viros octo auri libras, secundæ quatuor, tertiæ denique duas pensitasse. Ex quibus primo percipimus, quod ait Zozimus *follem* propria nomenclatura appellatam senatoriam istam pensationem, quam qui implere non valebant, saltem solidos præstare jubebantur ex lege 4, Cod. Th., de Senatoribus, etc. Sed et ex Hesychii verbis videtur follis iste idem fuisse cum libra auri. Nam lex secunda dicto titulo de Senatoribus, præcipit *duorum follium manere cunctos* (senatores) *indiscretam possessionem, etiamsi possessionem forte non habeant*: Hesychius vero cum *follem* dicit esse censum hominum locupletum, qui a duabus auri libris ad octo progrediebatur, habita facultatum ratione, consequi videtur, binos istos folles esse binas auri libras Hesychii. Proinde hac notione *folles* intelligendi in l. 2 et 3 Quorum appellat. non recip. l. 1 de Prætoribus, et l. 1 de Mensis oleariis, in Codice eodem Theodosiano. Et sane Glossæ Basilicæ exerte dicunt *follem* esse σταθμὸν, seu libram vel pondus, quod appendit denarios 250, hoc est libras 82 et 6 uncias, denario computato pro una libra et tredecim uncias.

## CII (XCII).

## OBOLUS.

Obolos eosdem esse cum follibus æreis auctor est Procopius, in Anecdosis, quo loco scribit auri staterem, seu nomisma cum decem et ducentis obolis commutatum a nummulariis<sup>1</sup>. Unde de follibus intelligendus videtur Scylitzes<sup>2</sup>, cum ait Joannem Tzimiscem imperatorem statuisset ut ἐν τῷ νομίσματι καὶ ἐν τῷ ὀβολῷ. Servatoris insculperetur imago, id est in aureis et æreis minutioribusque nummis. Memorat ibidem Procopius quendam Petrum Barsymen Syrum ἐπὶ τοῦ χαλκοῦ τραπέζης καθήμενον, ὃς τὴν περὶ τοὺς ὀβολούς κλοπὴν famosum, qui quidem ex iis erat quos collybistas, nummularios, et collectarios vocabant, Zonaras<sup>3</sup> τοὺς τὰ λεπτὰ νομίσματα πωλοῦντας, qui vendebant nummos, seu solidos aureos minutulis monetis permutabant, de quibus nummorum venditoribus agit Codex Theodosianus, l. un. Si quis circuli. l. 1 et 2. Si quis pecun. conflaverit, et l. 1 de Ponderat.

## CIII (XCIII).

## LEPTUM, QUADRANS, NUMMUS.

Folles igitur ærei et oboli monetis minutioribus accensentur. At Hesychius τάλαντον, id est, solidum, dividit in λεπτὰ, νοῦμους, κοδράντας, ἀσσάρια; λεπτὸν apud Lucam<sup>4</sup>, ὀβολὸν interpretatur Chrysostomus: Διαψιλῆς καὶ φιλότιμος ἢ ἐκ τῶν δύο λεπτῶν ἐλεημοσύνη, τουτέστιν ἐκ τῶν δύο ὀβολῶν. Hesychius ait λεπτὸν esse ἕξακισχιλιοστὸν τάλαντου, ὃ ἐστὶ νομίσμα ἐν, idemque esse quod κοδράντης, ἢ τὸ τέταρτον τῆς φόλλως: alibi κοδράντην esse scribit λεπτὰ δύο, ex Evangelista<sup>5</sup>: τὰ δὲ δύο λεπτὰ κοδράντης εἰς, ἦγον νομμῖα τρία. Unde conficit Scaliger solidum dividi εἰς κοδράντας 6000, εἰς λεπτὰ 12000, εἰς νομμῖα 18000. Et sane τὰ λεπτὰ per νομμῖα numerari docet Rationale Peræquatorum, in quo χαλκῶν νομμῖων crebra mentio occurrit. Ibi enim Alexius imperator statuit διὰ χαλκῶν νομμῖων ἀπαιτεῖσθαι τὰ λεπτὰ ψηφία τῶν τελομένων δημοσίων, per æreos nummulos exigi *minutos calculos, qui in tribulis penduntur*: et καταλογίζεσθαι τὰ νομμῖα ἐπὶ τῶν τεσσάρων μιλιάρησι τῷ νομίσματι, ὡστε χρεωστοῦντα ἡμισὺ νομίσματος διδόναι μιλιάρησια β' νομμῖων χαλκῶν. Ita νομμῖον est minutissima moneta ærea, uti *nummus* usurpatur in Codice Theodosiano<sup>6</sup>, et in Novella Theodosii et Valentiniani 25: « Ne unquam intra septem millia nummorum solidus distra- » hatur, emptus et collectario septem millibus ducentis. » Et in Glossis manuscriptis regiis, νοῦμμος, τὸ νομμῖον exponitur. Quod vero νομμῖον alii, Hesychius interdum νομίσμα vocat, cum scilicet ait quadrantem νομίσματα τρία confecisse. Ab ejusmodi nummis dictum fortassis *dinummiium vectigal*, quod urbis Alexandrinæ singuli cives ad urbis onera pendebant<sup>7</sup>: quemadmodum in Glossis Lat. Gr. *binio* δίνουμα esse dicitur.

1. Suidas, in ὀβολός, p. 111, ed. 1. — 2. Scyl. p. 689. — 3. Ad Syn. Trull. — 4. C. 22. — 5. Marc. 12, p. 59. — 6. L. 1, de Medic.; l. 1, de Pretio panis Ostiens. — 7. L. 2, Cod. Th., de Alex. pleb. primat.

1. Ad Lamprid. — 2. L. de Usur. c. 11, extr. Franciscus Francus in Elencho Cercopetaviano, p. 45 et seqq. — 3. Falco Beneven. an 1140. — 4. Hippocr. l. de Visu. — 5. Procop. in Anecd. — 6. Cedr. p. 458. — 7. Vita S. Auxent. n. 7. — 8. Harmenop. in Georg. tit. 2, § 1 et 10. — 9. Grut. 810, 10. — 10. L. 3, de Veter.; l. 3, de Pistor. — 11. L. 2, p. 699. — 12. L. 10, Ep. 60.



## CIV (XCIV).

## ASSARIUM.

Assarium præterea idem esse quod λεπτόν auctor est Hesychius: Ἀσσάριον καὶ λεπτόν ἐν εἰσιν, ἕγουν ἐξακισχιλιοστὸν ταλάντου, quo loco λεπτόν cum quadrante confundit, qui est sexmillesima pars solidi, quo modo alibi etiam usurpat. Glossæ veteres ἀσσάριον, νομμίον vertunt. Ita Suidæ ἀσσάριον, ὄβολοι, νομίσματα, et στάμενα, idem sonant, vel certe pro λεπτοῖς, seu minutioribus monetis confunduntur. Et in Glossis Græco-Latinis ἀσσάριον as esse dicitur, minimus nempe æris nummus, cum de numerata in ære pecunia agitur, ut observat Cujacius<sup>1</sup>. Sed et de vocis notione ac monetæ valore non sibi constant Græculi isti: quippe in Glossis Regiis manuscriptis<sup>2</sup> ἀσσάριον exponitur πεντανούμιον, ἢ δεκανούμιον, ita ut *assarium* confecerit quinque vel decem νομμία ærea, vel certe appenderit: nam ἀσσάριον pro pondere usurpat Cleopatra de Ponderibus, ubi τετράσσαρον Ἰταλικὸν unciam vocari ait. Apud Marcellum Empiricum de Ponderibus et mensuris, *tetrassarium semuncia est*: unde colligitur assem unciae quadrantem habuisse.

## CV (XCV).

## STAMENA.

Quod vero ad vocem στάμενα pertinet, a Græculis infimi ævi pro minutiore moneta usurpatam, videtur illam esse quam Odo de Diogilo *stammam* vocat, proclivi mendo, pro *staminam*, uti in Glossario monuimus. Is enim Ludovici VII, Francorum regis, per urbem Constantinopolitanam transitum enarrans, ait a Francis nostris, cum ad Græcorum terras accessissent, *monetas cupreas*, seu æreas, et *stammam* tum primum visas<sup>3</sup>: « Hic primo (in Græcia) cupream monetam « et *stammam* offendimus, et pro una earum quinque denarios, et pro duodecim solidis marcam tristes dabamus. » Rursum alio loco<sup>4</sup>: « Ante Palatium, vel etiam in tentoriis, « habebamus congruum, si duraret, concambium, minus « quam duobus denariis *stammam* unam, et earum triginta « tres solidos propter marcam. » De vocis etymo non constat: nolim enim præstare ita nuncupatas, quod ex stanno ære forsitan mixto conflata fuerint. nam στάμνον Græci, ut Latini recentiores *stannum* et *stagnum*, appellant quod veteres *stannum*. *Nummi stagni* habentur in Pandectis Florentinis, de quibus Cujacius<sup>5</sup>. Scio aliam arcessi originem voci στάμενα ab Salmasio<sup>6</sup>, quæ nescio an perinde ab omnibus probetur. Ait quippe τῶν ἱσταμένων voce proprie significari quæ fœnore dantur: ἱστασθαι enim esse fœnore accipere: præterea Pollucem<sup>7</sup> pro pecunia numerata etiam ἱστάμενα vocem usurpasse, hoc loco: Πέντε χρυσοῦ στατήρες μὲν ἐδύναστο· οἱ γὰρ ἐν τοῖς ἱσταμένοις τῆς μῆκός τὸ πεμπτόν στατήρα ὀνομάζουσι. Sed alii ἐν ἱσταμένοις, in *appensis* rectius, opinor, vertunt.

## CVI (XCVI).

## ASPRI.

Inter monetas minores argenteas occurrunt etiam eæ quas *aspros*, vel *aspra*, vocant Græci recentiores, cum qua collybistæ, seu *cambitores*, majorem tam argenteam quam auream commutare solent. Unde denarium *asprum* reddunt Glossæ Græco-Latinæ: Δηνάριον, λευκόν, *asprum*: ubi λευκόν idem valet quod *album*, et quod *asprum*. Quo spectant ista Hesychii: Λεπταλέον. ἰσχνὸν λεπτόν· λεπτὰς καὶ παχείας, λευκὸς ἐν νόμοις, τὰς δραχμὰς, λεπτὰς μὲν τὰς ἐξωθόλους, παχείας δὲ τὰς πλέον ἐχούσας. Eadem habet Favorinus: ubi λευκόν in nummis dici observat, idemque esse quod λεπτόν, deinde drachmam esse, cui opponitur παχέιη, quæ Achæis δίδραχμον sonat, ut alibi observat. Notum porro Græcos ἀσπρὸν pro λεύκω etiam in colore usurpare<sup>8</sup>. Sed et inde nostri forte minutiores monetas suas argenteas *blancs* vocavere, nisi ii a nostris hauserint, ab argentei metalli scilicet colore. Quod vero ejusmodi minutioribus monetis majores permutarentur, *aspraturam*, κόλυβον reddunt Glossæ veteres; est enim collybus quod pro pecuniæ permutatione datur, ut Collybistæ, qui majores pecunias

minoribus vendunt ac distrahunt. De his *aspris*, præ cæteris Vincentius Belvacensis<sup>1</sup>: « Etiam suum habet tributum « (*supra* tributarios terræ Anaph) ad minus quindecim « drachmas, seu asperos, qui bene valent triginta sterlingos. » Ubi *aspri drachmis* æquiparantur, ut in laudato Hesychii loco. Præterea Alexius Comnenus, in Rationali Peræquatorum: Τοῦτο γὰρ προσέταξεν ἡ Βασιλεία μου τὸ μὲν χάραγμα νόμισμα διὰ τραχέων ἀσπρων νομισμάτων ἀπαιτεῖσθαι, τὰ δὲ λεπτὰ ψηφία διὰ νομίων χαλκῶν, καταλογίζεσθαι δὲ τὰ νομμία ἐπὶ τῶν τεσσάρων μιλιαρῆσι τῶ νομίσματι, etc. Ubi ἀσπρα τραχέα sunt *aspri asperi*, recens *cus*, non usu detriti: ut *asperi nummi* efferruntur a Suetonio<sup>2</sup>, Persio<sup>3</sup>, et aliis: unde etiam ejusmodi *aspris* datam nomenclaturam plerique consent. Ita in eodem Rationali, νομίσματα τραχέα habentur: Ἐπὶ δὲ ἀπαιτήσῃ τῶν νομισμάτων τὸ τραχὺ παλαιὸν ἐν ἀπαιτεῖσθαι, βαρεῖαν ἐλογίζοντο τὴν ἀπαιτήσιν. De *asprorum* duplici apud Turcos specie egit alicubi Leunclavius<sup>4</sup>.

## CVII (XCVII).

## CENTENIONALES, MAJORINÆ PECUNIÆ.

Atque ista quidem quæ hactenus diximus minutiores inferioris ævi potissimum monetas fere spectant. verum sub Constantino, vel etiam decessoribus, alibi fuere, atque in iis quas *centenionales* appellabant, quod centum æreos seu stipes conficerent, quarum usum, ut et *majorinarum*, a Constantio interdictum legere est in Codice Theodosiano<sup>5</sup>, centenionales quidem propter nimiam sui exiguitatem, *majorinas* vero propter nimium pondus: tametsi centenionalium postmodum usus permixtus fuerit ab Arcadio et Honorio<sup>6</sup>. Eorum enim prorsus repudianda videtur sententia qui centenionales cum centenariis aureis, quorum meminit Lampridius<sup>7</sup>, qui centum aureos conficiebant, confundunt: cum revera centenionales *minutula*, ut loquitur Valerianus in Epistola ad Aurelium, moneta fuerit, sicque nuncupata, quasi *centenio*, qui centum, ut *binio*, qui binis nummis constabat. Majorinæ vero pecuniæ mentio præterea occurrit in lege sexta de Falsa moneta eod. Cod. quæ ex argento et ære conflata fuisse arguit. Pena enim ibi indicitur in flaturarios qui majorinam pecuniam *separato argento ab ære purgant*. Alibi<sup>8</sup> *major moneta* dicitur, cujus quidem species fuit *decargyrus*, nisi eadem sit. Ita porro appellatum volunt<sup>9</sup>, aut quod decima tantum ejus pars argentum esset, siquidem majorina pecunia ex argento et ære conflata, vel potius quod decem argenteis æstimaretur, quemadmodum denarium dixerunt Latini qui decem argenteis valerent: Græci vero δεκάχαλκον, quod decem æreis æstimaretur, ita ut *decargyrus* species fuerit majoris pecuniæ, decem minutis argenteis æstimata.

## CVIII (XCVIII).

## MONETÆ, CAUCHI, QUADRATÆ, etc., DICTÆ.

Minutioris ac pretii vilioris monetæ species quatuor recenset præterea novella Justiniani<sup>10</sup>, qua consules in processibus publicis aureos nummos aut argenteos in populum deinceps spargere vetantur, ita tamen, ut ὑπάτια, seu missilia sua facere iis liceat, ἐν μιλιαρῆσι καὶ καυκίοις, καὶ τετραγώνοις συμμέτροις, καὶ τοῖς τοιούτοις. Id autem statuit Justinianus, quod sua ætate consules, perinde ac ipsi augusti, aureos et argenteos nummos missilium vice in populum spargere attentassent, contra quam jus eis erat, cum æs tantum spargere fas esset, quod exerte docet Marcellinus comes: « Marcius augustus suis statuit edictis ut hi qui consules « statutam pecuniam ad reparandum urbis aqueductum « dependeretur. » Igitur monetæ in novella Justiniani memoratæ æræ fuere; quod tamen de miliarensibus dici non potest, cum eæ argenteæ fuerint, adeo ut Justinianus minutiores monetas sive argenteas, sive æreas, spargere consilibus concesserit. Quid vero per μῆλον intelligatur non constat; quidam, ut Haloander et Scaliger<sup>11</sup>, ita nuncupatam monetam istam putant quod *ovem*, quam Græci μῆλον vocant, vel *malum*, expressum haberet. At cum nulla hactenus ovis vel *mal* effigie signata imperatorum visa fuerit, jure ea exploditur sententia. Nec scio an probabilior videatur Cujacii et aliorum conjectura, scribentium ita dictam quod rotunditate sua

1. L. 7, Obs. c. 33. — 2. Cod. 930. — 3. Odo de Diogil. l. 3, de Prefect. Lud. VII. in Or. — 4. Lib. 4. — 5. L. 11, Obser. c. 4 — 6. L. de Usur. p. 584, 685. — 7. L. 9, c. 6. — 8. Chr. Alex. p. 724, 766, 781, 886: Theophan. p. 144; Const. de adm. Imp. p. 117, etc., Vide Gloss.

1. Vincent. Belv. l. 30, c. 75. — 2. In Ner. — 3. Pers. sat. 3. — 4. Pand. Turc. n. 18. — 5. L. 1 Si quis pec. confl. — 6. L. 2, eod. tit. — 7. In Elagab. — 8. L. 2. Si quis pec. confl. — 9. Jac. Gotofr. — 10. 105, c. 2, § 3. — 11. Epist. 204.

*malum*, seu pomum, referret, respectu alterius, quam τετραγώνον, seu *quadratum*, vocat Justinianus, cujusmodi, inquit Scaliger, nummulos turcicos videre est, quos *aspros* appellant, aut *tartarones*, quos quadratos fuisse scribit Ordericus Vitalis<sup>1</sup>. *Caucios* vero ita dictos putat Cujacius quod *cauci*, seu caliculi ac scyphi instar, concavæ sint, jure explosa Haloandri, quam temere secutus est Meursius, sententia, existimantis ita nuncupatas quod in iis cauci, seu calicis figura repræsentaretur. Nummos concavos aureos, argenteos, et æreos imperatorum Constantinopolitanorum passim videre est, in quibus antica pars ea est quæ est convexa. De cauco vero et recepta ista apud Græcos Byzantinos et Latinos recentioris ævi nomenclatura, plura congestimus ad Alexandria et in Glossario.

## CIX (XCIX).

## SCYPHATI.

Incertum autem an ad hanc monetæ Byzantinæ speciem referri debeant nummi quos *scyphatos* vocavit ætas inferior: quod a vero haud procul abesse binæ potissimum suadent conjecturæ. Primo quidem quod *scyphati* nummi videantur fuisse imperatorum Constantinopolitanorum; deinde quod ita appellatos par sit credere quod *scyphi*, seu *cauci*, formam referrent: ita ut Itali, apud quos hæc potissimum obtinuit appellatio, quos Græci *caucios*, a *cauco*. ii *scyphatos*, a *scypho*, quod idem est cum *cauco*, nuncuparint, cum *cauci* vox apud illos insolens ac minus usitata tum esset. Jam vero ut *scyphati* imperatorum Byzantinorum nummi fuisse censeantur, facit Charta exarata imperantibus Constantino et Basilio fratribus anno mundi 6532 (Chr. 1024.) ind. 7, apud Ughellum<sup>2</sup>, ex qua hæc excerpimus. « Ut quia consuetudo est ut fideles recognoscant dominum suum, et honorent de suis « bonis, per unumquemque annum scyphatos imperiali curiæ « persolvant. » Ex quibus saltem colligitur ejusmodi nummos in thesauros imperatoris illatos. In Italia vero ita postea nuncupatos Siculorum ex gente normannica principum aureos docet Chronicon Casinense<sup>3</sup>, in quo *scyphati*, seu, ut habet editio Angeli a Nuce, *schyphati* vocantur, ut et Bulla Anacleti Antipapæ, et altera Innocentii II pro erectione Regni Siciliæ apud Baronium<sup>4</sup>: a quo profertur præterea charta alia Guillelmi, regis Siciliæ, ann. 1156, quæ ejusdem *scyphatos* aureos, in Apulia præsertim et Calabria, usum habuisse innuit, cum ibi *schifati de Apulia et Calabria* nominentur.

## CX (C).

## ΧΑΡΑΓΜΑ, ΣΤΑΤΗΡ.

Ut porro *pecuniam* Latini, sic Græci recentiores quasvis monetæ signatas *χαράγματα* appellarunt ita usurpant Theophanes<sup>5</sup>, Anna Comnena, Rationale Peræquatorum, Nicetas Choniates, Ducas, Codinus, Achmes, et alii. Sed et interdum *στατήρας* vocant, quod nomen Atheniensium, Macedonum aliorumque monetæ aureis vulgo tribuitur; *στατήρα χρυσοῦ* dixit Joannes Cinnamus, *ἀργυρέους στατήρας* Nicetas. Et Procopius ait staterem auream confecisse decem atque ducentos obolos. Theophylactus Simocatta *στατήρας μιλιαρσιών* habet. Denique scribit Zonaras Nicephorum Phocam, cum invalisset *στατήρα πάντα βασιλικὸν ἐκτύπωμα φέροντα ἰσότιμον εἶναι τῷ ἄρτι κοπτομένῳ*, sua νομίσματα aliorum præferri jussisse et Alexium imperatorem, cum pecuniæ inopia laboraret, *τινά τῶν δημοσίων ἔργων τῶν χαλκουργημάτων* destruxisse, et ex iis *στατήρας* eudisse.

## CXI (CI).

## MEDALLIA.

At cur nostri non augustorum duntaxat, sed veteres etiam quosvis nummos omnes, quorum in commerciis nullus amplius usus, *medallas* appellent, inter eruditos controversatur. Scaliger vocem esse arabicam putavit, quod etiamnum Arabes Christianorum monetæ, quæ caput alicujus principis aut imaginem aliam præferunt, *methalias* nuncupent. Sic ille ad Eusebium<sup>6</sup>. « Προτομήν nos vulgo medalliam vocamus, « Arabes etiam methalia. quod nescio quo commercio ab

« Arabibus ad Italos et Gallos delatum. Ita enim vocant « numismata christianorum, quæ expressum caput humanum « præferunt. » Sed non advertit vir doctissimus non ab Arabibus ad christianos, sed a christianis, seu Europæis, ad Arabes tractatum fuisse id vocabuli: cum in Italia et Gallia monetæ quævis *medallia* indigitarentur, communi et ab omnibus recepta quadam nomenclatura. Habetur enim Diploma Guillelmi D. Montispessulani an. 1103, in quo hæc leguntur: « Sextillaricum dono vobis.... et tertium denarium « in Arquintali, et medallas, quas donant homines Montispessulani et Longobardi pro Arquintali. Joffredus<sup>1</sup>, in Historia Episcoporum Nicænsium, aliud descripsit anni 1136 in hæc conceptum verba: « Reddunt enim supradicti homines annuatim decem et octo denarios mergolienses, et « medallam, et quatuor sextarios avenæ. » Aliud præterea lingua Vasconica exaratum apud Marcum, in Historia Beneharnensi<sup>2</sup> vocem hanc monetæ aureis adscribi ostendit, quas *Medailles d'aur* vocat. Denique Willelmus Brito, Ordinis Fratrum Minorum, in vocabulario manuscripto<sup>3</sup> scribit *obolum* dici *medalliam*, id est *medietatem nummi*. A *medalia* efficta deinde vox *medaliata*, ut a solido *solidata*, a denario *denariata*, ad designandum *medallia* unius proventum, de qua voce diximus in Glossario. Neque porro omnino difficile est hujus appellationis rationem expiscari, cum ipsa semet offerat probabilis admodum conjectura; monetæ nempe ita vocitatas a *metallo*, quod *metall* nostri dicunt, e quo conflatae sunt. Nemo enim ignorat antequam cuderentur monetæ, æs et argentum et magnitudine et certo pondere perpensum pro nummo datum esse, neque impressam metallo figuram, nisi ut ponderis quantitatem indicaret, ut ait Salmasius<sup>4</sup>. Sed et Paulus Venetus testatur sua etiamnum ætate in aliquot Indiæ provinciis levioribus metalli laminis peracta commercia. Atque inde Manilius *factum metallum*, quod Græcis *ἐπίσημον* dicitur, monetæ signatas vocat, ad *infecti*, seu *ἀσήμου* discrimen:

Et facti mercator erit per utrinque metalli,  
Alterum et alterius semper mutabit in usus.

Maxime vero posterioribus sæculis *metallum* appellarunt quasvis monetæ, quod omnis pecunia signata tunc temporis, tam aurea quam argentea appenderetur, non numeraretur tantum, præsertim si usu esset detrita, adeo ut pro solo *metallo*, seu pro sola nummi materia acciperetur. Hinc quod *monetam usualem* alii, *metallum usuale* vocat Senator<sup>5</sup>: « Ut « figura vultus nostri metallis usualibus imprimatur. mone- « tamque facis de nostris temporibus futura sæcula commo- « nere. » Quinetiam ipsis interea nummis inscripta vox *metallum* legitur. Servat enim Gazophylacium Regium bina numismata aerea, quæ olim fuerunt Petri Seguini, viri de re nummaria bene meriti, in quorum uno METAL DELV. id est *metallum delmaticum*; in altero, quod est Trajani, in corona laurea, MET. NOR. id est *metallum noricum*, exaratum conspicitur. Utriusque ectypon describit Buterous in libro de Nummis Franciscis<sup>6</sup>. Sed et habentur alia, in quibus præterea vox eadem reperitur: complures enim prostant nummuli argentei Caroli M. in quorum parte altera crux effingitur, cum hæc inscriptione, CARLVS REX, in altera, in ipso nummo medio, MET ALLO.

circulo, METV LLO, et in averso medio, META LLVM. Alii etiam ejusmodi nummuli Ludovici Pii præferunt in medio, LVDO in altera parte crucem cum inscriptione in circulo, METALLUM. Alius ejusdem Ludovici nummulus argenteus vocem hanc exhibet in media parte aversa in altera autem crucem cum hisce characteribus in circulo, † HLVDOVVICVS IMP. Prostant denique duo alii ejusdem imperatoris, qui in aversa sui parte monetarios typos, seu uti vocamus, *cuneos* binos et totidem marculos habent, cum hac voce, in circulo, METALLVM. Alter horum nummulorum in anticæ medio, LVDO alter imperatoris caput, cum hac inscriptione, HLVDOVVICVS IMP. AVG. habet. Cum igitur monetæ istæ *metalli* præferrent vocabulum, inde forte accidit ut *metalli* nomine quævis monetæ a vulgo donarentur. ita ut quemadmodum in suis nummis, MONETA, vocem inscribent Romani, ita ejusce ævi Franci vocem METALLVM describerent. Quæ quidem quibusvis monetæ, eo magis videtur fuisse communis, quo non æreis duntaxat, sed

1. L. 10, p. 791. — 2. Tom. 7, p. 1361. — 3. L. 3, c. 56, al. 58. — 4. An. 1130, 1139, 1156, Ughell. tom 8, p. 712; Vide Gloss. — 5. An. 2, Rhinotm., Anna, p. 128. Nicet. in Man. l. 3, n. 6. — 6. Scaliger. ad Euseb. Jac. Gotofr. ad Cod. Th.

1. De Nicæa — 2. L. 5, c. 13, n. 3. — 3. Joan. de Janua; W. Brit. MS. — 4. De Usur. p. 330, 454, 469, 470. — 5. L. 6, Ep. 7. — 6. P. 103; Paul. Petav. in Gnorism.

argenteis tribuitur in hisce nummis. atque adeo aureis, siquidem exstiteret etiam *medallia* aureæ uti supra observatum.

## CXII (CII).

## MALLIÆ NOSTRATES.

Quinetiam admodum vero proximum est, a *medalliis* effictum a nostris vocabulum *maille*, quod pro monetis ex quovis conflatis metallo usurpatum constat. Neque enim, quod plerique perperam opinantur, *malliæ* fuere semper monetæ minores, ac vilioris pretii, quomodo vocem hanc hodie usurpamus: cum ex antiquis tabulis et monumentis certum sit argenteis et aureis perinde attributam. In veteri quippe Regesto Communis Ambianensis, a Joanne Bargulio, ejusdem civitatis clerico, descripto anno 1458, complures recensentur, monetæ aureæ, quæ *malliæ* nomenclatura donantur, cum earum pretio: scilicet, *malliæ Ultrajectenses*, *malliæ Ernoldi*, *malliæ Moguntinæ* (de Mens) et *Bethunienses*, *malliæ Rheni*, *malliæ postulas*, *malliæ cum stellulis* (mailles à estoilletes), *malliæ treverenses* (mailles au bon trievron) et *malliæ au bon et mauvais t.*, id est, bono vel malo T. signatæ. Alias *mallias* recenset Robertus Cenalis<sup>1</sup> ævo suo notas, *mallias au chat*, *mallias au chien*, et *mallias de Horne*, seu hornenses. *Malliarum* vero *Florentinarum* nondum omnino exolevit appellatio. In Regesto Curie Monetariarum, quod *inter duos asseres* vulgè indigitant, fit mentio *malliarum Laudunensium*, quæ *mailles Lovisiennes* ibidem appellantur. Denique in regesto parlamenti, statuta Ludovici XI continente, ejusdem regis diploma describitur<sup>2</sup> anni 1463 pro *nobilitatione* loci *Cauda Vaccæ* dicti, ad Rupellam, in Caroli Cenomanensis comitis gratiam, tenendi a rege in quavis vassalli mutatione ad *malliam auream* pretii duorum denariorum aureorum. Hanc porro de *malliarum* nostratium appellatione sententiam attigit etiam supra laudatus Cenalis: « Illud, *inquit*, dici potest, quod hi aurei nummi quos Gallice appellamus « *mailles*, non ab obolari traxere originem: imo potius ab alia idiomatis nostri nomenclatura, quam dicimus *medailles*, eo quod principis nonnunquam alicujus nomen præferant. » Quibus postremis verbis satis etiam innuit suam ætate hanc obtinuisse sententiam de *medalliis*, quam ut suam protulit Scaliger. Scio quosdam existimasse *mallias* dictas a loricarum ferrearum maculis, quas *mailles* etiamnum dicimus, quod *malliæ* monetariæ, perinde ac loricariæ, quadratæ fuerint: quod quidem quam procul absit a vero, cuivis sani ingenii licet advertere.

## CXIII (CIII).

## MASCULI.

Alii præterea *mallias* putavere esse id genus nummos quos *masculos* vocant scriptores, ac chartæ veteres aliquot, ita ut propriæ fuerint comitum Pictavensium, ex hoc Goffridi Vindocinensis<sup>3</sup> loco: « Quod si trecentos solidos Pictaven-

« sium masculorum vobis daret, etc. » Horum etiam mentio occurrit in Tabulario Angeriacensi<sup>4</sup>, et in Tabulario Sancti-Stephani Lemovicensis in Charta anni 1081: « Solidi ejusdem « monetæ masculinæ. » Et paulo ante, *solidi nummorum pictavinorum*. Unde percipere licet *masculinam* et *pictavinam* monetam eandem fuisse. Quæ quidem vox *masculina* in monetis admonet me ut viri pereruditi lapsum detegam, qui generis *diversi pecuniam* in Concilio Dusiacensi primo, et apud Hincmarum, de monetis aurea et argentea intelligendam existimavit, ita ut aurea mascula, argentea vero feminina moneta fuerit, quod ex sancto Augustino stabilire nititur: quasi hæc verba de pecudibus utriusque sexus non essent capienda, et apud recentiores perinde ac veteres *pecunia* non id sonet. Porro *masculi* dicuntur nummi pictavenses, non quod ii Pictavensium comitum proprii fuerint, sed quod ejusmodi nummi ita denominati ejus essent monetæ speciei quam *malliam* vocant, vel quod universim quasvis monetæ *mallias* vocarent. Quocirca si quis ejusce ævi verba Goffridi gallico reddidisset idiomate, indubie dixisset, *trois cens sols de mailles Poitevines*: cum horum temporum scriptores ac commentarienses, qui latine chartas exarare solebant, efferre se debere voce alia quam *masculus* non arbitrarentur, quod ea propius accederet ad nostratam *masle*, quæ *masculum* sonat. Verum si quis *mallias* Pictavensium fuisse proprias obstinatus contenderet, nescio an hoc casu nomenclaturæ istius non esset arcessenda origo ab oppido in Pictonibus, quod *Meille* vocant: cum ex iis fuerit, in quibus stante secunda regum nostrorum stirpe monetæ cuderentur, uti docent Capitula Caroli Calvi<sup>5</sup>, ubi *Metulum* et *Metullum* appellatur: quod etiam firmant monetæ ipsæ Caroli M. in quibus vox *METVILLO* exarata legitur, uti annotatum supra. In aliis præterea ejusdem imperatoris nummis, quorum ectypon exhibuit Paulus Petavius senator Parisiensis<sup>6</sup> in anticæ *CAROLVS*, in posticæ vero medio, *MEDOLVS*, characteribus barbaris ac Gothicis voces descriptæ leguntur. Verum de postrema hac conjectura statuatur quisque quod lubet<sup>6</sup>. Id certe in confesso esse debet, quod *malliarum* nomenclaturam minutioribus monetis attribuunt vulgo nostri; id inde fluxisse, quod *malliæ* Pictavinæ fere semper minutissimæ fuerint: sed et anno 1329 cudi cœpisse *mallias* minores 18 *granorum legis argenti regii ad marcam*, ut est in veteri regesto Camerae Computorum Parisiensis: ex quo necesse est monetas istas minutissimas ac vilis admodum pretii fuisse. Sed longe videtur probabilius *mallias* minores, seu *masculos* Pictavenses esse id genus monetæ quam *malliam pitam* dicimus, id est *malliam* Pictavinam. Nam *Pitæ* (*les Pites*) dicuntur minores monetæ Pictonum, quæ *Pictæ*, *Pictavinæ*, et *Pictavenses*, Gallice autem *Poitevins* passim in chartis appellantur: unde vox *Pitancia* et *Pictancia* deducta postmodum, quæ *Pictæ*, seu *Pictavinæ* unius valoris rem significat<sup>5</sup>: nam toto cœlo aberrant qui a Pittaciis etymon deducunt, quod in Glossario plenius probavimus. Hæc porro *Pitæ*, seu *Pictæ*, adeo minutæ erant, ut Willelmus Nangius<sup>6</sup>, verba faciens de quadam ad oculi *caudam* seu angulum macula, eam dixerit fuisse *ad modum puncturæ pulicis rubeam, et latam sicut una Pictavina*.

1. De Mens. et Ponder. — 2. Vide Gloss. v. Moneta. — 3. L. 1, Ep. 20.

4. F. 47. — 5. Tit. 31, n. 12. — 6. In Gnorism. — 7. Reg. Noster, f. 204, 205. — 8. Vide Gloss. — 9. In S. Lud. p. 394.



# INDEX MONETARUM

(VIDE TOMUM QUINTUM).

## TABULA I.

- 1 *Victuria Augs.* — *Victuria Augg.*
- 2 *Teudorici.* — Monogramma ejusdem regis.
- 3 *Eldeberti regis.* — Monogramma Christi. (Childeberti).
- 4 *Clotharius rex.* — *Victoria Gottica.* Massilia.
- 5 *Hildeber . . . tus.* — *Chramnus.* Conob.
- 6 Dominus Noster *Mauricius Perpetuus Augustus.* — *Victoria Auggu.* (Augustorum) Massilia. XXI. Conob. (Solid. aur.).
- 7 Dominus Noster *Mauricius PP. AV.* — *Victoriai Augustorum Arelati.* VII. Conob. . . . . (Triens.).
- 8 *D. N. Mauricius PP. AV.* — *Vienna de officina Laurenti.* Monogramma Christi A Ω.
- 9 *D. N. Theodebertus Victor* — *Victoria Auggg. Bona.* (ad Rhenum) Conob.
- 10 *D. N. Theodebertus Victor* — *Victoria Auggg. Conob.*
- 11 *Rex Theudubertus.* — Monogramma.
- 12 *Gunthachram rex.* — *Senoni civita.*
- 13 *Massilia.* — *Hildebertus rex.* Massilia.
- 14 *Childebertus rex.* — *Arelato civit.* Monogramma Christi Arelato.
- 15 *Clotarius rex.* — *Victuria Clotari.* Massilia XXI. (Sol. aur.).
- 16 *Clotha(lo)rius* — *Victuria Chlotari.* Massilia.
- 17 *Chlotarius rex.* — *Chlotarius rex.* Massilia.
- 18 *Theodorics.* — *Mettis.*
- 19 *Dagobertus rex.* — *Elegius.* Massilia. XXI. . . . (Sol. aur.).
- 20 *Dagobertus.* — *Masilia civit.*
- 21 *Chlothovechus rex.* — *Moneta Pal ati.* *Eligius.*
- 22 *Masilia* — *Cherebertus rex.* Massilia.
- 23 *Charibertus rex.* — *Banniaciaco fit.*
- 24 *Leucosus Monetarius.* — *Charibertus rex.*
- 25 *Masilia.* — *Sigibertus rex.* Massilia.
- 26 *Masilia.* — *Sigibertus rex.* Massilia.
- 27 *Sigiber.* — . . . . VII. . . . . (Triens.)
- 28 *Childericus rex.* — *Masilia civitatis.* Massilia.
